N. Inv. 1252.

Iste lib sup sompnia danielis bonenetic [illegible]

[illegible] qui est mgri Johis ysneri [illegible]

Profundi fluminum scrutatus est et abscondita produxit in lucem. Ubi verbum quod scriptum est ex Iob xxviii. diligenter considerantibus nobis apparet via ad cognoscendum quadruplex genus cause in libro sententiarum, scilicet materialis, formalis, efficientis et finalis. Causa namque materialis innuitur in nomine fluminum. Causa formalis in perscrutatione profundorum. Causa finalis in revelatione absconditorum. Causa vero efficiens intelligitur in supposito duorum verborum, scilicet scrutatus est et produxit in lucem. Innuitur causa materialis nomine fluminum pluraliter et singulariter, ut non solum tangatur libri totius materia vel subiectum in generali, sed et particularium librorum in speciali. ¶ Propter quod notandum quod iuxta quadruplicem proprietatem fluminis materialis quadruplex est flumen spirituale, de quo hic quadrupliciter dicamus, sunt iiii libri sententiarum. Consideratur namque flumen materiale quoad durationem et in ratione perhennitatis sue, sicut dicit Ysidorus: Flumen est perhennis fluxus. Consideratur quantum ad extensionem et in ratione spaciositatis. In hoc enim distinguitur flumen a rivulo. Consideratur quantum ad modum et in ratione circulationis. Sicut enim dicitur Eccles. i.: ad locum unde exeunt flumina revertuntur etc. Consideratur etiam in ratione emundationis. Flumen propter aquarum habundantiam mundat terras per quas currit, ita quod non inquinatur. Et quia scriptores transferentes flumina ad similitudinem aliquid transferunt ex hac quadruplici conditione, iuxta metaphoram quadruplex in spiritualibus flumen invenitur, sicut colligere possumus ex scripturis. Primo propter perhennitatem dicitur flumen personarum emanatio, quia illa emanatio sola est sine principio et sine fine. De hoc flumine Daniel vii.: Antiquus dierum sedit et fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius. Antiquus iste dierum est Pater eternus, cuius antiquitas est eternitas. Iste antiquus sedet, quia non solum in eo est eternitas, sed est immutabilitas. A facie illius antiqui egrediebatur fluvius igneus rapidusque, id est a sublimitate divinitatis eius procedebat plenitudo amoris et plenitudo virtutis; plenitudo virtutis in Filio, ideo fluvius erat rapidus; plenitudo amoris in Spiritu sancto, ideo fluvius erat igneus. Secundo propter spaciositatem dicitur flumen rerum mundanarum productio, ob quam non tantum flumen sed mare appellari dignoscitur. Iste mundus est mare magnum et spaciosum etc. De hoc flumine Ezechiel xxix.: Ecce ego ad te Pharao rex Egypti, draco magne, qui cubas in medio fluminis et dicis: Meus est fluvius et ego feci memetipsum; ponam frenum in maxillis tuis etc. Draco iste magnus quem Dominus alloquitur et cui comminatur in figura et persona Pharaonis diabolus est, qui est rex Egypti, quia regnat in eis quos excecavit tenebris erroris, ut putarent, sicut heretici, ad litteram quod suus esset fluvius et ego feci memetipsum, quia per se fecerit mundum visibilem et ipse non habuit aliud principium. Hunc errorem ipse diabolus suggessit in persona Manicheis, quod tota machina visibilium a Deo malo esset condita. Huic draconi Dominus maxillas frenavit, quia ablata est ei potestas suggerendi falsa, ostendens quod fluvius iste conditionem ostendit Dei. Unde in eodem auctore sequitur: Et scient omnes habitatores Egypti quia ego Dominus. ¶ Tertio propter circulationem dicitur flumen Filii Dei in carnatio, quia sicut in circulo ultimum coniungitur principio, sic in incarnatione summum coniungitur imo, ut Deus limo, et primum postremo, ut Filius Dei eterno homini condito die vi. De hoc flumine Eccl. xxiiii.: Ego quasi fluvii dorix et sicut aqueductus exivi de paradiso. Dorix interpretatur generatio medicamenti, et est ubi figuratur Filius, ut convenientissime intelligatur generatio medicamenti. In incarnatione enim Filii Dei non alius fuit quam generatio medicamenti. Vere enim languores nostros ipse tulit et infirmitates nostras ipse portavit. Recte ergo Filius in carnatus fluvius dorix dicitur, et ipse de se dicit: Ego quasi fluvius dorix, id est medicinalis fluvius, et sicut aqueductus exivi de paradiso. Natura aque hec est quod tantum ascendit quantum descendit; talis fuit exitus in incarnatione Christi, quod dicitur in Psalmo: A summo celo egressio eius, et occursus eius usque ad summum eius. Et Io. xvi.: Exivi a Patre et veni in mundum; iterum relinquo mundum et vado ad Patrem. Et ita fecit circulum. De hoc flumine quantum ad egressum eius convenienter exponi illud quod dicitur Hester x. in sompnio Mardochei: Parvus fons crevit in fluvium et in lucem solemque conversus est. Parvus fons iste est humillima virgo. Hic crevit in fluvium cum generavit Christum, qui non solum fluvius propter habundantiam gratie, sed et lux sapientie et sol iustitie dicitur, secundum quod Io. i.: Erat lux vera etc. ¶ Quarto propter emundationem dicitur fluvius sacramentorum dispensatio, que sine pollutione mundat nos a contagionibus peccatorum. De hoc flumine Apoc. xxii.: Ostendit mihi fluvium aque vive splendidum tamquam cristallum procedentem de sede Dei et agni. Sacramentorum dispensatio dicitur fluvius splendidus tamquam cristallus propter claritatem et munditiam quam relinquit in animabus que in hoc flumine depurantur. Dicitur et fluvius aque vive propter efficaciam gratie que vivificat animam. Hic est procedens de sede Dei et agni. Nam sacramentalis gratia procedit a Deo tamquam ab auctore et efficiente, a Christo tamquam a mediatore et promerente. Propter quod dicuntur omnia sacramenta efficaciam habere a passione Christi. Sicut enim teste Augustino de latere Christi dormientis fluxerunt sacramenta, dum inde fluxit sanguis et aqua. De quibus istis fluminibus simul et per ordinem habetur Gen. ii., ubi dicitur quod fluvius egrediebatur de loco voluptatis qui inde dividitur in iiii capita. Nomen primi Phison, nomen secundi Gyon, nomen tertii Tigris et nomen quarti Eufrates. Fluvius iste egrediens de paradyso totius libri subiectum, iiii flumina ex isto procedentes sunt speciales materie iiii librorum, sicut facile potest apparere, quod fluviorum nomina et interpretationes diligenter exponere. Physon interpretatur oris mutatio, et in hoc significatur personarum emanatio. Sicut enim ex ore nostro procedit verbum et spiritus, ita ex ore Patris Filius et Spiritus sanctus. Eccl. xxiiii.: Ego ex ore Altissimi prodii primogenita ante omnem creaturam. Hic dicit ipse Filius qui est verbum et sapientia Patris. Et in Psalmo: Verbo Domini celi firmati sunt et spiritu oris eius etc. Gyon interpretatur arena, et in hoc significatur rerum mundanarum productio. Sicut enim universitas creaturarum comparatur mari propter spaciositatem, ita harene propter numerositatem. Eccl. i.: Harenam maris et pluvie guttas quis dinumeravit? Tygris interpretatur sagitta, et in hoc significatur Filii Dei incarnatio. Sicut enim in sagitta ferrum coniunctum est ligno, sic in Christo fortitudo divinitatis coniuncta est mollitie humanitatis. Et sic

sagipta ex arcu · et ligno uolat ad percuciendum ad
uersarios · sic christus de cruce saliens contra stetit ad uersarium · hec
est illa sagipta de qua dicitur · iiii · Regum · xiii · sagipta sa
lutis contra siriam / Eufrates interpretatur frugifer in quo
figuratur sacramentorum dispensatio · que non tantum pugnant contra
culpam · sed et fecundant in gratia · quod figuratum est apocalipsis ultimo
dicitur · quod secus fluuium cristallinum erat lignum afferens
fructum · cuius folia erant in medicinam · cum ergo iiii sunt
fluuii · iiii sunt fluuiorum profunda · proprietas fluuiis
correspondentia / profundum est tunc emanacionis et subli
mitas esse diuini · de quo ps in celo · et esse vii · alta profundi
tas · altitudo profunda ita ut exclamat apostolus ro · xi ·
et dicat · o altitudo diuiciarum sapientie et scientie dei · quam in
conprehensibilia sunt iudicia eius · et inuestigabiles uie eius
vere iudicia inconprehensibilia quia profunda · iudicia enim dei
abyssus multa · et esse i · profundum abyssi quod diuinum est · hec
profunditas in uniuerso · Job · xi · forsitan uestigia dei conprehen
des · et usque ad perfectum omnipotentem reperies · excelsior ce
lo est · et quid facies · profundior inferno · et unde cognosces ·
q · d · esse non potes · et ideo apostolus consulit · ephesios · iiii · in cari
tate radicati et fundati ut possitis conprehendere etc · et hec profun
ditas per scrutatur magis · i · i · li · / subtilitas enim esse diuini con
sistit · s · in duobus · s · nobilissimis emanacionibus que sunt
generacio et processio · et nobilissimis conditionibus quas summa
sapientia · omnipotentia · et perfecta uoluntas · de quibus est primus liber · Magister in primo
parte agit de sacra unitate · et trinitate · In secunda uero
parte ultimate agit de suppositi et triplici condicione sui
proprietate / profundum creaturis est uanitas esse tantum creaturarum
est quanto magis euanescit · tanto magis in profundum tendit ·
sui euanescit per culpam sui per penam propter hoc dicitur per prophetam
in ps · in profundum homo qui euanuit per culpam · in ps · infixus sum in
limo profundi · et non est substantia · Et rursus orans propheta ne
euanescat per penam · non me demergat in quam tempestas
aque · neque absorbeat me profundum etc · hoc profundum scru
tatur magis · i · ii · li · non uanitas esse tantum in duobus consistit ·
uidelicet in ~~unitate~~ mutacione de non esse in esse · et rursus
in reuisione in non esse · et quia nunc nulla causa omnino cedit
in non esse per naturam · tamen sicut dicit aug · peccator tendit ad non esse
per culpam · Et de hiis omnibus duobus est tocius secundus · Magister in primo parte
agit de rerum conditu / in secunda uero parte agit de lapsu · et de
temptacione diaboli · de peccato originali et actuali usque in finem ·
Tertium profundum in cacacionis est minimum humanitatis christi · quod tantum fuit
ut uere possit dici profundum · quia non habuit fundamentum neque
fundum de quo in celi ps · ione · ii · proiecisti me in profundum in corde
maris et flumina circumdederunt me · hoc proprie dici de christo · qui tan
tum humiliatus est ut uere possit dici proiectus et abiectus
ysa · liii · et uidimus eum et non erat ei aspectus et deside
rauimus eum despectum · et nouissimum uirorum etc · ve
re christus dicitur sic proiectum · sed et in profundum maris et fluminis ·
Magistro passio christi comparatur mari propter penalitatis amaritudinem ·
Et et fluuio propter eius · dulcedinem · dulcissimum erat ihesu
christi · tanta nos efficiebatur teneritudine amoris ut non ui
detur ei graue pro nobis sustinere grauissimum genus mortis
et hoc profundum perscrutatur · magister · in iii · Magister uero iii · in du
obus consistit · s · in passione per quam nos redemit et in actione

per quam nos in formauit que consistit in operibus uirtutum donorum
et preceptorum · de quibus duobus est tercius liber · Magister in prima parte agit de
incarnacione et passione in qua consistit nostra redempcio ·
In secunda de uirtutibus · donis · et preceptis · in quibus consistit nostra in for
macio · / Profundum sacramentalis dispensacionis est effica
cia per fecti medicamenti · tanta enim est efficacia medicine
sacramentalis quod humanam mentem excedit · ut uere profundum
possit dici de hoc ysa · li · posuisti profundum maris uiam ut
transirent liberati · profundum istud in quo egipcii demerguntur et
filii liberati transeunt et saluantur est efficacia sacramentorum
in quibus destruuntur · opera tenebrarum · et conferuntur arma lucis
et dona gratiarum · per quam hoc conferre de posse tantum in re filii
ecclesie dicitur · hec efficacia sacramentorum est profundum maris et fluminis ·
maris in quantum per liberat a culpa · et introducit in amaritudinem
penitentie · fluminis in quantum liberat a miseria et introducit in
dulcedinem gratie · quod optime presignatum fuit in filiis
israel · quibus exeuntibus ab egipto siccatum est mare et transierunt
per siccum in medio eius · sic exo · xiiii · et intrantibus in terram
promissionis siccatus est fluuius · et transierunt per medium eius
sic dicitur yosue iii / hoc profundum perscrutatur magister · in iiii · li ·
Magister efficacia perfecti medicamenti in duobus consistit · s · in
sanacione a uanitate in firmitatem deprimentem · et in li
beracione ab uniuersitate miseriarum aggrauacium · et de hiis
duobus est iiii quartus · Magister in prima parte agit de multiplici sana
cione quam efficiunt · vii · sacramenta · In secunda agit de per
fecta sanitate · ad quam perducunt · sic de gloria resurgencium que re
cipient et fideles sacramenta ecclesie per ceperunt · et per oppositum
de pena malorum qui sacramenta ecclesie contempserunt · Ex
scrutacione autem iiii profundorum in iiii libris elicitur finis
iiii · s · reuelacio iiii absconditorum / primum est magis die
sue · de qua ysa · xlv · vere tu es deus absconditus deus israel
saluator / uere magnitudo diuine substancie est abscondita · sicut uide
Job · xxvi · cum uix paruulam stillam sermonis eius audie
rimus magnitudinem tonitrui eius quis poterit intueri · Et re
uera poterit intueri quia ille cum quo sapientia dei inhabitat · unde hoc
petebat · ille sapientie amator ix · sap · mitte illam de celis
sedis tuis et a sede magnitudinis tue hoc absconditum · magister
repletus sapientia de superius · per primum librum per scrutacionem
perduxit in lucem · Magister ratio unius et intellectus nobilissimis e
manacionibus et nobilissimis operationibus innotescit nob
is · quod proprie est maioribus diuine substantie magnum. Secundum
absconditum est ordo diuine sapientie · de quo Job xxviii ·
ubi inuenitur sapientia et quis est locus intelligencie abscondita est
ab oculis omnium uiuencium / uere absconditus quia sicut ibi dicitur sapientia
est in hiis que de occultis ita ut cognoscetur indiget perscru
tacione profunditatis non in se sed in operibus in quibus ipsa
relucet · sicut dicitur ecc · i · quia unus est altissimus creator
qui effudit illam super omnia opera sua · hoc ergo absconditum
manifestatur magister in per scrutacione secunda · Magister in suo
ordine bonorum et malorum · per nobis · quo ab eterno
sapientia dei ordinata est · et ex antiquis antequam terra fierent ·
Tercium absconditum est fortitudo diuine potestatis · de quo abacuc
iii · cornua in manibus eius · hoc de christo patente · in cruce
ubi latuit fortitudo uirtutis sub pallio infirmitatis · et hoc
est sacramentum absconditum a seculis · de quo ephesios · iii · in omnibus

q sunt entia · ue

profunditas alta

contra

tercia

profluus

Job xxxviii
que absconditum
uiuentium

ii

rationis. quoniam deus est medium efficiens et obiectum ipsius mentis. i.
aut vel dicit aug. contra philosophos. quorum opinio erat quod mens
non coniungeretur post in me. sed in me. aliqua intelligentia. Ad
illud quod obicitur quod est non rectus ordo. dicendum quod dupliciter potest
considerari homo. vel eius in se vel extra. primo modo non
venit per creaturas a se in deum. sed eius extra se per cog
nitionem creaturarum. recolligitur in se. et elevatur su
pra se. ut dictum est. quod alie creature possunt considerari
ut res vel ut res signa. primo modo sunt inferiores homine.
secundo modo sunt media. in deveniendo sunt in via.
non in termino. quia ille non pervenit. sed per illas perve
nit homo ad deum. illis post se relictis.

Quarto et ultimo queritur. quod sit
de deo cognoscibile per creaturas. et dicit apostolus. quod sempiterna virtus
et divinitas. et queritur. utrum per creaturas possit cognosci personarum
pluralitas. et videtur quod sic. quia philosophi non habuerunt cognitionem
de deo nisi per creaturas. et cognoverunt trinitatem. ergo et cetera. minor
probatur per aug. de ci. dei. philosophi tertiam dicunt esse philosophiam
in qua est cognitio trinitatis. Item magi defecerunt in
tertio signo. exo. viii. et exponitur quod defecerunt in
cognitione tertie persone. aut ergo quantum ad proprium. aut
quantum ad appropriata. non quantum ad appropriata quia bonitas
maxime nobis relucet in creaturis. ergo quantum ad pro
pria. ergo saltem duas personas cognoverunt. Item hic idem videtur
per rationem. quia vestigium cum dicat distinctionem est ratio cognoscendi
deum distinctum. sunt in distinctione. sed non est in deo nisi
distinctio personarum. ergo per vestigium possunt cognoscere distin
ctionem personarum. Item pythagorici est cognitio trinitatis.
quantum ad ordinem. distinctionem. et equalitatem. sed cognitio per
creaturam. ergo per creaturam potuerunt cognoscere trinitatem.
Item difficilior est cognitio appropriatorum occultorum quam
quod cognitio pluralitatis personarum. quia illa non capitur
nisi a magnis et subtilibus. hec autem capitur et a rudibus
et insipientibus. ergo si potuerunt per proprietates creaturarum
visibiles pervenire ad invisibiles. multo fortius ad co
gnoscendum personas esse plures. et hoc est quod dicitur sap. xiii.
si tantum potuerunt scire. ut possent seculum estimare.
quomodo non hi dominum facilius invenerunt. Contra cognitio
trinitatis est cognitio fidei. sed cognitio fidei est de hiis
que sunt supra rationem. et que sunt supra rationem non possunt
cognosci per creaturas. ergo et cetera. Item non est nisi duobus
modis de deo cognoscere per creaturam. aut affirmando quod
est in creatura. vel simile. vel removendo. sed trinitas non co
gnoscitur per remotionem. sed per positionem. sed in nulla creatura
invenitur pluralitas suppositorum cum unitate essentie ergo et cetera.
Item lex scripta est super legem nature. sive liber sacre scripture
super librum mundane creature sed nullus fide carens per
sacram scripturam venit in cognitionem pluralitatis personarum.
ergo multo minus per librum mundane creature. Respondeo dicendum.
quod pluralitas personarum cum unitate essentie est proprium divine
nature solius. cuius simile non reperitur in creatura. nec potest re
periri. nec rationabiliter cogitari. Ideo nullo modo
trinitas personarum est cognoscibilis per creaturam. ascendendo
a creatura in deum. Et licet non habeat omnino
simile. habet tamen aliquo modo quod creditur simile in creatura.

Unde dico quod philosophi numquam per rationem cognoverunt personarum trini
tatem. nec etiam pluralitatem. nisi haberent aliquem habitum fidei.
sicut habent aliqui heretici. Unde qui dixerunt. aut locuti
sunt non intelligentes aut fidei radio illustrati.
est alia trinitas appropriatorum. scilicet unitatis. veritatis. et boni
tatis. et hanc cognoverunt quia habet simile. Ad illud
ergo quod obicitur. per tertiam philosophiam cognoverunt philosophi trinitatem.
dicendum quod verum est quod per illud et per alia venerunt in cognitionem tri
um appropriatorum. credentes non in cognitione utriusque trinitatis.
Ad illud quod obicitur de tertio signo. dicendum et bene. quia sapientes non
dicuntur defecisse in tertio signo. quia defecerunt in cogni
tione effectus potentissimi. bonitatis. scilicet redemptionis.
Ad aliud dicendum quod vestigium dicit distinctionem appropriatorum essentia
lium. et hunc respondet trinitas appropriatorum non pro
priorum. sive personarum. Ad illud quod obicitur de ymagine.
dicendum quod est cognoscere animam. sed id quod est cognoscere et cognitio
ista est rationis. sed quod ymago. et cognitio ista est soli
fidei. Ad aliud quod ultimo obicitur. quod difficilius est cognoscere
mundum. dicendum quod illud intelligitur supposito divino ami
niculo. simpliciter autem loquendo falsum est. cum enim est dis
ponere homo ad fidem. quam ad querere cognitionem
philosophie. Intellectus enim noster plus potest in cognitione re
rum mundanarum quam trinitatis. quia illa supra rationem est. et co
trarium eius videtur in se. et ideo indiget nova elevatione
ut possit cognitione per infusionem.

Postea ista sunt dubitationes
circa litteram de fontibus illis quas potest magis
quantum ad fontem probandi. et veri inferendi. quia
invenire omnis non valet. ut dubium supponere. prima
namque ratio talis est. quod potest quod nulla alia creatura potest.
est super omnem creaturam. sed qui fecit mundum istum fecit
quod nulla potest creatura. ergo non est creatura. sed super omnem
creaturam. et tamen capit hic ratio ibi. Sic autem ambo ut dicitur
et cetera. Iuxta rationem. videtur supponi duplex dubium.
videlicet quod mundus iste sit factus. et quod creatura
non possit ipsum facere. quorum utrumque est tale du
bium. Secunda ratio est hec quod fecit corporalia et ipsa mutabi
les. est super omnia corporalia et mutabilia. ergo est spiritua
le. et immutabile. hic similiter videtur supponi dubium. quod
deus fecit ipsa. et item non sequitur ex hoc. quod si fecit mutabilia
quod sit immutabilis. immo potius videtur sequi oppositum. scilicet
quod sit mutabilis. Tertia ratio hec est. qui fecit
bona et meliora. est optimus. sed deus fecit corporalia
que sunt bona et spiritualia que sunt meliora. ergo deus est opti
mus. sed similis ratio. videtur nullam habere apparentiam
quia de similiter quilibet artifex qui facit bona et meliora
esset optimus quod falsum est. Quarta ratio hec est.
qui fecit pulcra. et pulcriora est ipsa pulcritudo. sive
species. et hec est speciosissimum. sed videmus corporalia esse
speciosa. et spiritualia esse speciosiora. ergo qui fecit
hec est speciosissimus. Similiter videtur quod nec ratio
predicta valeat per predictum in [illegible]. Item
queritur de distinctione istarum rationum. et quomodo distinguuntur.
Si dicas sicut dicunt aliqui quod sunt iiii. genera
iiii causarum. hoc non est. quia genus cause materialis non cadit

i deo. Si dicas quod penes modos cognoscendi. contra. Non sunt nisi tres. scilicet in ratione cause ablationis. et excellencie. Respondeo dicendum. quod omnes iste viae. ad hoc ut probent et inferant. supponunt aliquid creaturis. prima enim non supponit quod productio rei de mobili non potest esse in aposteriori infinita. hoc supposito cum creatura sit. nulla creatura in finitam habere potentiam. Secundum quod actus productionis rerum de non sit ei quod est se omnem creaturam. et ita ex hoc actu tantum ex proprio cognoscendi deus omnipotens in mensura. Item in aliis rationibus supponitur status sicut in tota philosophia supponitur status in causis. et ideo omne mobile reducitur ad immobile. quia in mobilibus non est status in genere efficientis. nisi in movente non moto. oportet enim quod movetur ab alio movetur. similiter bonum et melius reducuntur. ad optimum. quia non est status in genere finis. nisi in optimo. Similiter pulcrum pulcrius ad pulcherrimum. quia non est status in genere speciei et forme nisi in eo quod est ipsa species perfeccia. Ad illud quod querit de distinctione racionum. ex dictis iam patet. Respondeo. non enim possunt distingui penes genus causarum tantum. nec penes modos cognoscendi tantum. sed penes utrumque. Prima enim modo sumuntur. secundum rationem cause. Alie sumuntur penes rationem cause et excellencie. quia considerant ordinem. et distinguntur per ordinem. in triplici genere cause efficientis sive moventis. finientis. et exemplaris. Item queritur de hoc quod dicit postea magister. quod ex perpetuitate intelligitur conditor eternus. non enim valet. effectus est perpetuus. ergo efficiens est eternus. Item queritur similiter. de hoc quod dicit. ex magnitudine operis. Nichil enim valet. fecit magna. ergo est omnipotens. vel potest facere omnia. Respondeo. ad hoc dicunt aliqui quod tantum est quedam persuasio per signum. non vera argumentacio. dicunt enim quod omnipotencia et eternitas cum sint in finite. non possunt sufficienter probari per creaturas. que sunt finite. aliter tamen potest dici. quod quamvis non sequitur in omnibus efficiente. tamen necessario sequitur necessario in efficiente suum perpetuitate per. Impossibile enim est. quod creatura habeat esse et magnum esse. et hoc totum ab aliquo quod possit in totum. et qua ratione in hoc totum. et in qualibet. Similiter si est primum perpetuitas est omnino in actu. et nichil in potencia. et si hoc cum possit facere durare aliud in finitum. ipsum est actu infinitum duracione. ergo eternum. Item queritur de hoc quod dicit. Omnia que arte divina condita sunt unitatem quandam in se ostendunt. et speciem. et ordinem. videtur enim pro dicere falsum. quia si hoc est ita condita sunt et tenent unitatem. ordinem. et speciem. et sic de aliis. ergo sic stat. tunc aliqua condita sunt que hec non habent. Item videtur male enumerare. quia augustinus. ponit ista tria modum. speciem. et ordinem. et hic alia unitatem. veritatem. et bonitatem. queritur ergo de diversis modis enumerandi. unde eveniant. Respondeo. ad hoc dicunt aliqui. quod hoc intelligitur de creaturis perfectis. vel si de omnibus. tunc illa tria non dicunt condiciones in re creata. sed in exemplari in eterno. potest tamen dici quod in primis in racionibus et generalibus est reflexio. et ideo status. nec est ultra procedere. Ad illud quod queritur. de enumeracione illorum trium. quod non videtur convenientes. dicendum. quod res creata habet triplicem consideracionem aut in se. aut in comparacione ad alias creaturas aut in comparacione ad primam causam. et per hos omnes modos contingit reperire trinitatem dupliciter. Si enim consideretur quantum in se. vel quantum ad se. hoc est quantum ad suam principiorum. et sic est illa trinitas materia. forma. compositio. que ponitur in libro de regulis fidei. aut quantum ad habitudines et sic est illa. sapientie. xi. omnia in numero. pondere. et mensura disposuisti. In numero est intelligere principiorum distinctio. In pondere propria ipsorum inclinacio. In mensura eorum ad invicem proporcio. Iterum. si consideretur una creatura in comparacione ad alias creaturas. hoc potest esse aut in quantum agit accione naturali. et sic sumitur illa trinitas dyonisii. substantia. virtus. operacio. aut in quantum agit accione spirituali. et sic illa augustini. de lxxxiii. questionibus. quod constat. quod cognoscitur. quod discernitur. et ultima. refertur ad animam. Si autem consideretur. in comparacione ad deum. hoc potest esse dupliciter. aut in quantum refertur tamen. et sic est illa. modus. species. et ordo. aut in quantum refertur. et assimulatur. et sic est illa unitas. veritas. et bonitas. quam ergo vestigium attenditur in comparacione ad deum proprie. Ideo in hiis tribus ultimis condicionibus proprie accipitur vestigium et quia magna est in trinitas comparaciones convenienca. ideo magister innuit hoc ad invicem. propter multam convenienciam. et correspondenciam. quia unitas eodem modo. que respicit deum ut causam efficientem. veritas speciei que respicit ipsum ut exemplar. bonitas ordinis. que respicit ut finem. Item ipsum queritur de hoc quod appropriat veritatem filio dicens. perfectissima pulcritudo intelligitur filius. scilicet veritas patris. Set contra augustinus. in soliloquiis. veritas est id quod est. sed omnis. nulli ergo appropriatur. ergo non veritas. Item videtur male apparere ordinem speciei. scilicet quia in precedenti capitulo dicit. quod ex ordine intelligitur sapiens. Set et sapientia appropriatur filio ergo et ordo. Respondeo dicendum. quod veritas potest dupliciter considerari. sicut et color. Uno modo color consideratur. secundum id in quo est. et sic diffinitur in libro de sensu. et sensato. color est extremitas perspicui. in corpore terminato. Alio modo in comparacione ad visum. quem movet et sic diffinitur. in libro de anima. color est motivum visus. secundum actum lucidi. Similiter veritas potest considerari in comparacione ad id in quo est. et sic verum est id quod est. Alio modo per comparacione ad intellectum quem movet. et sic veritas. ut dicit philosophus. in secundo methaphisice. est finis intellectus speculative. Per primum modum. dicit augustinus veritas patris est essencia patris. quantum ad secundum modum dicitur hic. quod veritas est declarativa esse. et quia filius est procedit ut verbum. cui appropriatur racio declarandi. ideo appropriatur ei racio exemplaris et per consequens racio veritatis. quantum ad secundum modum veritatis. ipse autem accipit pro uno. Ad illud quod obicitur de ordine. dicendum. quod est ordo rerum in universo. et hic appropriatur sapientie. et est ordo rerum in finem. et hic appropriatur bonitati. et sic patet quod non est contrarietas.

Nunc uero ad eam.

Nam ia per veritatem disputavimus. contraiter ad intelligendam. unitatis patris secede. primus distinctio. cum dicit potuta

Scriptum venerabilis Bonaventure in principio Sententiarum

P rofunda fluviorum scrutatus est et
abscondita produxit in lucem. Ubi istud
quod scriptum est ex Job. xxviii. diligen
tius consideratum nobis aperit intra
adinquirendum quadruplex genus cause in libro
sententiarum. scilicet materialis. formalis. efficientis et finalis.
Causa namque materialis innuitur in nomine flu
viorum. causa formalis in perscrutatione profun
dorum. Causa finalis in revelatione absconditorum. Causa vero efficiens
eius intelligitur in suppositione duorum verborum. scilicet scrutatus est. et
produxit in lucem. Innuitur enim materialis in nomine fluviorum pluraliter
non singulariter ut non solum tangatur libri totius materia vel
subiectum integrale. sed etiam particularium librorum in speciali.

Accipe quod non est quaerendum quadruplicem proprietatem fluvii
materia. quadruplex est fluvius spiritualis. de quo secundum quadru
plicem differentiam sunt quatuor libri sententiarum. Considerando namque
fluvium talem quo adducitur. invenio perhempni
tatem. Fluvius sic dicitur Ysidorus. fluvius est perhennis fluxus. Con
siderando quantum ad extensionem. invenio spacio
sitatem. Unde est distinguitur fluvius a rivulo. Consi
derando quantum ad motum. invenio circulationem. Unde est
dicitur eccle. i. ad locum unde exeunt flumina revertuntur.
etc. Considerando effectum. invenio emundationem. Flavit flu
vius propter aquarum habundantiam mundat terras per quas currit.
ita quod non inquinatur. Et quia omnes transferentes se
similitudinem aliquam transferunt. ex hoc quadruplici con
ditione supra metaphorice quadruplex in spiritualibus
fluvius invenitur. Sic colligere possumus ex scripturis. Primo

Propter perhempnitatem dicitur fluvius personarum emanatio
quia illa emanatio sola est sine principio. sine fine.
de hoc fluvio. Dan. vii. antiquus dierum sedit. et fluvius
igneus rapidusque egrediebatur a facie eius. Antiquus iste dierum
est pater eternus. cui antiquitas est eternitas. Iste antiquus sedit
quia non solum in eo est eternitas. sed etiam immutabilitas. a facie
illius antiqui egrediebatur fluvius igneus rapidus quia id est de
sublimitate divinitatis eius procedebat plenitudo amoris.
et plenitudo virtutis. Plenitudo virtutis in filio. Ideo
fluvius erat rapidus. plenitudo amoris in spiritu sancto. ideo
fluvius erat igneus. Secundo propter spaciositatem dicitur fluvius
rerum mundanarum productio. ob quam non tantum fluvius. sed
mare appellatur. Dicitur in psalmo. Iste mundus. hoc mare magnum et spa
ciosum. etc. De hoc fluvio Ezechiel. xxix. Ecce ego ad te
pharao rex egypti draco magne qui cubas in medio
fluminis. et dicis meus est fluvius. et ego feci memetipsum.
ponam frenum in maxillis tuis. etc. Draco iste magnus
quem dominus allegat et cui comminatur in figura et persona pharao
nis. dyabolus est. qui est rex egypti quia regnat in eis qui
excecavit tenebris erroris ut putarent sibi hereticam. ad quos
dicit meus est fluvius. et ego feci memetipsum. quasi ipse
fecit mundum istum et ipse non habet aliud principium. Hoc errorem
ipse direxit. et suggessit impius manicheis qui totam machinam
visibilium a deo malo esse conditam contendunt. Huius draconis
maxillas dominus infrenabit. quia ablata est potestate suggerendi
falsa. ostendet se esse huius fluvii conditorem. Unde in eadem

auctoritate. Scient omnes habitatores egypti quia ego dominus. Tertio
propter circulationem dicitur fluvius filii dei incarnatio quia sicut in circulo
ultimum coniungitur principio sic in incarnatione summum coniungitur ymo.
ut deus limo. et primum postremo, ut filius dei eternus homini condito die
sexto. de hoc fluvio. Eccl. xxiiii. ego quasi fluvius dorix. et sicut aquae
ductus exivi de paradiso. dorix interpretatur generationis medicamen
tum. et ubi figurantius fuimo ut gustus intelligatur. id est generatio
medicamenti. Incarnatio est filii dei inchoatio a futuro quo generationis
tio medicamenti. Vere est langores nostros tulit et infirmi
tates nostras ipse portavit. Recte igitur filius incarnatio
fluvius dorix dicitur. et ipse Christus de se vere dicit. ego quasi flu
vius dorix. id est medicinalis fluvius. et sicut aque ductus exivi a
paradiso. Flatum aquae hoc est quia tantum ascendit quantum descendit.
talis fuit exitus incarnationis. Sicut quod dicitur in psalmo. a summo
celo egressio eius et occursus eius usque ad summum eius. et Jo. xvi.
exivi a patre et veni in mundum. Iterum relinquo mundum et vado
ad patrem. Ista fecit circulum. De hoc fluvio quantum ad egressum
eius exponere. potest exponi illud quod dicitur Hester. x. in sompno mardochei.
parvulus rivulus crevit in fluvium maximum. et in lucem solemque conversus
est. Quia obscurus est parvulus fluvius iste. Nam humillima virgo. hec
crevit in fluvium cum genuit Christum. quia non solum fluvius
per habundantiam gratie. sed etiam lux sapientie et sol iusticie dicitur.
Sicut quod. Jo. i. dicitur. erat lux vera. etc. Quarto propter emun
dationem dicitur fluvius sacramentorum dispensatio que sine pol
lutione mundat nos a coinquinationibus peccatorum de hoc flu
vio. apo. xxii. ostendit mihi fluvium aquae vive. splendidum
tamquam cristallum procedentem de sede dei et agni. Sacra
mentorum dispensatio dicitur fluvius splendidus tamquam cristallus propter
claritatem et nitorem quem relinquit in animabus que in hoc flumine
depurantur. Dicitur fluvius aquae vive propter efficaciam gratie
qua vivificat animam. hic est procedit de sede dei et agni. Nam
sacramentalis gratia procedit a deo tamquam ab auctore et efficitur
a Christo tamquam a mediatore et promerente. propter quod dicitur
omnia sacramenta efficaciam habere a passione Christi. Unde teste Augustino
de latere Christi dormientis fluxerunt sacramenta. Dum inde fluxit san
guis et aqua. De omnibus istis fluviis simul et per ordinem habetur.
Gen. ii. ubi dicitur quod fluvius egrediebatur de loco voluptatis
qui inde dividitur in quatuor capita. Nomen primi physon.
Nomen secundi gyon. Nomen tertii tigris. et nomen quarti eufrates.
Fluvius iste egrediens de paradiso est totius libri huius materia. quatuor
fluvii ex isto procedentes sunt speciales materie quatuor librorum.
Sicut facile potest aptare qui predictorum nominum interpretationes
velit diligenter exponere. Physon interpretatur oris mutatio
et hoc significat personarum emanationem. Sicut est ex ore nostro procedit
verbum et spiritus. ita ex ore patris. filius. et spiritus sanctus. Eccl. xxiiii. Ego
ex ore altissimi prodii. primo genita ante omnem creaturam.
Hoc dicit ipse filius qui est verbum et sapientia patris. et in psalmo. verbo domini celi
firmati sunt. et spiritu oris eius. etc. Gyon interpretatur arena.
et in hoc significatur rerum mundanarum productio. Sicut est vniversi
tas creaturarum comparatur mari. propter spaciositatem ita ha
rene. propter numerositatem. Eccl. i. harenam
maris et pluvie guttas quis dinumeravit. Ty
gris interpretatur sagitta. et in hoc significatur filius dei incarnatio. Sicut
est in sagitta ferrum coniunctum est ligno. sic in Christo fortitudo
divinitatis coniuncta est mollicie humanitatis. et sicut

sagitta salutis domini

sagitta exaratur. et longius volat ad percutiendum adver-
sarios. sic Christus de cruce saliens confregit adversarium.
Hec est illa sagitta de qua dicitur iiii. Reg. xiii. sagitta salutis
contra Syriam. ¶ Eufrates interpretatur frugifer. in quo signi-
ficatur sacramentorum dispensatio. que non tantum purgat animam a culpa.
sed et fecundat in gratia. quod signatum est apocalypsis ult. ubi
dicitur. quod super fluvium cristallinum erat lignum afferens
fructum. cuius folia erant in medicinam. Cum igitur quatuor
sint fluvii. quatuor sunt fluviorum profunda. predictis
fluviis correspondencia. ¶ Profundum eterne emana-
tionis est sublimitas essentie divine de quo potest intelligi Eccl.
vii. alta profunditas quis inveniet eam. Vere profundi-
tas alta. et altitudo profunda. ita ut exclamat apostolus
Ro. xi. et dicat. o altitudo divitiarum sapientie et scientie dei.
quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles
vie eius. Vere iudicia incomprehensibilia quia profunda.
iudicia enim dei abyssus multa. et Eccl. i. profundum abyssi
quis dimensus est. Hec profunditas invenitur Job xi. forsitan
vestigia dei comprehendes. et usque ad perfectum omnipotentem
reperies. excelsior celo est. et quid facies. profundior
inferno. unde cognosces. quasi diceret non potes. unde
apostolus consulit Eph. iii. in caritate radicati et fundati ut possitis
comprehendere etc. et hoc profundum perscrutatur magister
in i. libro. ¶ Sublimitas essentie divine consistit in duobus.
scilicet nobilissimis emanationibus que sunt generatio et proces-
sio. et nobilissimis conditionibus que sunt summa simplicitas. omnipotentia
et perfecta [illegible]. de quibus est primus liber. Nam in prima parte
agitur de sacra unitate et trinitate. In secunda vero. specia-
liter agitur de superdicta eius triplici conditione sive
proprietate. ¶ Profundum creationis est vanitas esse. cum
creatura quanto magis evanescit. tanto magis in pro-
fundum tendit. sive evanescat per culpam sive per pe-
nam propter hoc dicitur per prophetam in psalmo in persona hominis qui evanuit per
culpam. in psalmo. Infixus sum in limo profundi et non est substantia.
Et rursus orat propheta ne evanescat per penam. non me
demergat inquit tempestas aque. neque absorbeat me pro-
fundum etc. Hoc profundum scrutatur magister in ii. libro. nam vanitas
esse creati in duobus consistit. ¶ videlicet in mutatione de non esse
in esse. ¶ Et rursus in reversione in non esse. et quia nulla creatura
omnino cadit in non ens (?) [illegible] sicut dicit augustinus. propterea tendit ad
non esse per culpam. Et de his duobus est totus secundus. Nam in prima
parte agit de rerum conditione. ¶ In secunda vero parte agit de lapsu.
ut de temptatione diaboli. de peccato originali et actuali usque in finem.
¶ Profundum incarnationis est minima humilitas. et quantum
fuit ut videtur per istud dicitur profundum. quod non habens fundum (?)
fundus de quo potest intelligi Jone ii. proiecisti me in profundum
in corde maris et flumen circumdedit me. Hoc profundum de christo quantum
humiliatus est ut videtur per istud dicitur. Isaie liii.
et vidimus eum et non erat ei aspectus et desideravimus
eum despectum et novissimum virorum etc. Vere igitur dicitur
se precium (?). Et non in profundum maris et fluminis. nam passio
christi comparatur mari propter penalitatis amaritudinem. Et flu-
mini propter caritatis dulcedinem. dulcissimum cor ihesu christi
tota circa nos afficiebat teneritudine amoris ut non
videretur exiguum pro nobis sustinere gravissimum genus mortis

et hoc profundum perscrutatur magister in tertio. Nam iii. liber in duobus
consistit. scilicet in passione per quam nos redemit et in actione per quam
nos informat que consistit in operibus virtutum donorum et pre-
ceptorum. de quibus duobus est tertius liber. Nam in prima parte agitur
de incarnatione et passione christi in qua consistit nostra redemptio.
In secunda de virtutibus donis et preceptis in quibus consistit nostra informatio.
¶ Profundum sacramentalis dispensationis est efficacia perfecta medica-
minis. tanta enim est efficacia medicine sacramentalis que huma-
nam mentem excedit. ut videtur profundum per istud dici. de hoc ysa. li.
posuisti profundum maris viam tuam. ut transiret liberati.
profundum istud in quo egyptii demerguntur et filii liberati transe-
unt et salvantur. est efficacia sacramentorum in quibus destruuntur
opera tenebrarum et conferuntur arma lucis et dona gratie. per que
hos transfert de potestate tenebrarum in regnum filii caritatis sue. Hec efficacia
sacramentorum est profundum maris et fluminis. ¶ Maris inquantum
liberat a culpa. et reducit amaritudinem pene. ¶ Fluminis
inquantum liberat a miseria et reducit in dulcedinem glorie. quod op-
time prefiguratum fuit in filiis israel quibus exeuntibus ab egypto
siccatum est mare et transierunt per siccum in medio eius. Sic dicitur
Exo. xiiii. et intrantibus in terram promissionis siccatus est fluvius
et transierunt per medium eius sicut dicitur Josue iii. Hoc profundum per-
scrutatur magister in iiii. ¶ Nam efficacia perfecti medicaminis
in duobus consistit. scilicet in sanatione a vanitate et infirmitate
depravatum (?) et liberatione ab universitate miseriarum aggrava-
tum. Et de his duobus est totus quartus. Nam in prima parte agitur de
multiplici sanatione que efficitur vii. sacramentis. ¶ In secunda
agitur de perfecta sanitate ad quam perducit scilicet de gloria resurgentium
que vacat et fideliter sacramenta ecclesie perceperunt. et per oppositum
de pena malorum qui sacramenta ecclesie contempserunt. ¶ Ex per-
tractatione autem quatuor profundorum in quatuor libris elicitur
finis. scilicet revelatio quatuor absconditorum. ¶ Primum est magnitudo dul-
cedinis (?) de qua ysa. xlv. vere tu es deus absconditus deus israel
salvator. ¶ Vere magnitudo dulcedinis est abscondita. unde dicitur
Job xxvi. cum vix parvulam stillam sermonis eius audierimus
magnitudinem tonitrui eius quis poterit intueri. Job xxxiiii.
ex quo absconderit vultum suum. quis est qui possit intueri. non ille
cum quo sapientia dei inhabitat propter hoc petebat ille sapientie amator.
ix. Sap. mitte illam de celis sanctis tuis et a sede magnitudinis
tue hec absconditum. magister replet sapientia de superius. per primi-
li. perscrutationem perduxit in lucem. nam unus et intellectus nobi-
lissimis emanationibus et nobilissimis proprietatibus innotescit [illegible]
[illegible] quod est in emanationibus divine substantie magnitudo. ¶ Secundum ab-
sconditum est ordo divine sapientie de quo Job xxviii. unde invenitur
sapientia et quis est locus intelligentie. abscondita est ab oculis omnium
viventium. ¶ Vere abscondita quia sicut dicitur ibi Sap. trahitur
de occultis [illegible] ut cognoscatur indiget perscrutatione profundorum.
non [illegible] in operibus in quibus ipsa relucet. unde dicitur Eccl. i. quod
unus est altissimus creator qui effudit illam super omnia opera
sua. Hoc igitur absconditum manifestat magister in per-
scrutatione secundi. Nam miro ordine bonorum et malorum per nobis (?)
quomodo ab eterna sapientia dei ordinata est [illegible]
¶ Tertium absconditum est fortitudo divine potentie de qua abac. iii. cor-
nua in manibus eius. hic de christo pendente in cruce ubi la-
tuit fortitudo virtutis sub pallio infirmitatis. et hoc est
sacramentum absconditum a seculis. de quo Eph. iii. in omnibus

[illegible]

scior minime data e h' gra euagligar i uestigabiles diuicias xpi z illuiar oes q sit dispesacio sacramti absconditi aseclis i deo. hoc e sacramtu absconditu sac secretu q dr fortis ut in gn i dur e armus uire istr. q e i auditu aredis. In pseruicione eni teij libri ubi ostedit q de x i sua i firmitate uicit gemiam po. maifest fort dic po. si e uic pi fini q feciss si pugnasss pu tute. z si i firmi di forci e hoib' brachui dei qsi potit i firmac. Vere ps q i enarrabil fortitudo. cui tat fortis i firmitas. /Quatu absconditu e dulcedo dic tue. d q i ps q mag tutu dulcedine q abscondisti timetib te. Vere abscondita z reseruata timetib dulcedo tue. q sic dr i ps. una dm ab celo ex usq i celu sr timores eu. z i os q spant sr mia ei. h dulcedo maifestat i pscrutacione. iiij. li. ybi uiso alt di dimittit p i psnti. z qualit uris uulneib ad hibz medicina. z qualia i futo dabit pmia. nob dulcedo dic tue apperit. hoz g absconditoz ppalacio e finis libri gnalis ad que pduci z pducere uolens mgr sententiaz p scrutatus e pfuda fluuioz. p uia gra spc s illeri e pcipuus pscrutator secretoz z pfudoz. qd dr i. cor. ij. spus oia scrutat z pfuda dei. hi spc caritate agitatus. z luce cclaritate illustrat copositor h op. z scrutatus e pfuda fluuioz h z spu adiuuate scs e reuelator absconditoz. ipe e e d q scbitur dan. ij. ipe reuelat pfunda z abscondita z nou i tenebris costituta. z h fuit i tercio z finis mgri s. q ipe d i plogo. lucerna i qd iritatis i candelabro. exaltare uolntes. i sudore ac labore mlto h' uolum do pstante copegim'. ex testimonij ueritatis i eternu fundatis. z paulo an dixerat. q ppositu suu e theologicaz i qsticionu abdita pande. patet igr i uno p posito psentis lib. ca uol. formal. efficies z finalis.

Ad intelligencia eoz q sup tacta s. iiij po ssut qri. sunt. iiij. pdicta. p q h' sit libri materia ul sbm. et q dr sit sbm. ur. illude sbm e i scia. d q zd cui pp'etatib e scia tota si d ad z ei opib ut porte cacone z repacone e tot' iste liber g zc. /Sit ur qd sbm isti lib sit res z signa. i e e sbm i scia. f. cui diom didit illa scia. q sue secat i res. h e didit. f. diom subiectoz. sz h e res z sig sic maifestu e g zc. ¶ Sic ur q credibile sit sbm h' libri i e e sbm i libro ec q usat auctoriis i tecio z tctat. s' credibile e h. Vn magr dic i plogo. q ppositu suu e. fide nram clipeis dauidice turris munire. h e adpiud fide. raciones ad duce. no i qua fide habitu s' cdit g zc. ¶ Si z sbm i scia deb' coplecti oe q d emmat i illa. s' i h' libro no tm d eminatu d deo. s' z d creaturis. g dr. no e sbm tocius isti libri gnalr. s' solu pmi libri. ¶ Sit alr ostedit. s' ad. sic. lic

tres oie coicidant i una. tn in no coicat simul cu fine q in d qd i opletu. finis ar d tocius opis copletiu. s' dr finis tocius isti opis. q finis tocius theologie. g no sbm ul in. ¶ Sit q res z sig no e sbm ur. omis e scia e d reb' ul d sign g si res z signa sunt sbm h' libri. liber iste e gnalis ad omis. s' sp'ual scia z doctrina traditur i hoc libro. p' q res z signa no debent assignari i eo p sbo.
¶ Sic ostat q alia e scia d reb' z alia d signis up'. differt eni pinocialis scia arti. g scia tradita i h' libro aut no e unis gnis. aut no e simul de reb' z signis. s' e unis gnis g zc. ¶ Sit q credibile no sit sbm ur q scia z ut' sunt diusi habit'. g hnt diusa obiecta. g cu credibile i quatu hui sit obm ututis no erit obm scie i quatu h' g zc.
¶ Sic sic costitenco h' lib usat de fide ita z de spe z caritate g spandu ul diligedu siue diligi no e sbm h' libri pari racoe nec credibile e sbm i eo. ¶ Ad ad q sbm i aliq scia ul doctrina tripr accipi / vno m dr sbm i scia ad q oia reduat sic ad primu radicale / Alio m ad q oia reducut sic ad totu i tegale / tercio mo ad q oia reddicut sic ad totu ule / Ex h' maifeste patet i gmatica. si a sbm p m ad q oia reducut sic ad pm elemtare ul radicale. est licta. qua io uocat psciar'. elem. qd e minimu i quo stat resolucio gramatici / sbm ad qd oia reducut. sic ad tot i tegle e oro cogrua z pfca. / Sbm io ad qd oia reducut sic ad totu ule. est uox articulata litata ordinabil ad signad aliqd i se ul i alio. p huc mod e distiguer i quadruialib / pa sbm i geometa ad qd oia resoluut ut ad pncipiu e punct' / sbm ad q oia reducut. ut ad totu i tegru e corp' qd cotin' i se oe gnis dimsionis.
/ Sbm ad qd oia reducut ut ad totu ule e qntitas cotinua i mobil. p huc mod. et i hoc libro e assignare sbm. f. triplice dtum / pa sbm. ad qd oia reducut ut ad pncip m. e ipe deus. / sbm qsi ad qd oia reducut. q d eminat i h' lib. ut ad totu i tegr. e xpc p ut cophend naturam diuam z huanam sui capitu. z i capitu. d qb sunt duo sequetes. z accipio large totu i tegru qd multa. oplectit no solu. p copoione s' p unioe z ordine / sbm qsi ad qd oia redduct sic ad tot ule possimus noiar p circlocucone. siu subdistincone. z sic e res ul signu. z uocitur h' signu sacramtu. possum' z unico uocabulo noiare. z sic e credibile. // transit i racone i cellr. z h' p addicone formis. z h' m ppe loquedo e sbm i h' libro. Conce g sut races pbantes z dim ee sbm. z res z signa credibile. diusimod sic dtm e. ¶ Quod g obi i cotrariu q d deo no agit. i h' libro. dd. q quauis no agatur de do qntu ad sbm. // ul quatu ad opa. z io no e sbm ut totu ur ut pncipiu. ¶ Quod obi qd

Sc accipi sbm i scia. R°.

q° 1

q 2

q 3

// p ut tn credi le.

4

// tm. agr tn q ad subam.

q̄ m̄ nō cōcidit ī unū cū fine ad. q̄ m̄ ep̄ dr̄. s. m̄
cōcām. ī q̄. z m̄ cō quā. z h̄ ultima m̄. magis dr̄
obiectum q̄ m̄. quā ḡ dr̄. q̄ m̄ nō cōcid̄ cū fine.
uerū est q̄ m̄ cōcām q̄ pprie ē m̄. s̄ n̄ d m̄ cē quā
q̄ pp̄e obm. Itā idem p̄ cē obm habitus z finis.
z talis m̄ accipit m̄. ī scīa. p obiecto . s. res uel cogr.

Quod ob̄r q̄ rebus z signis. qd sunt scīa oīs scīenciar. dd qd signa possunt accipi ī sua gnālitate z sic nō ptinet ad scīam spāle nec librū. u̾ ad cāq scīam possunt etiā accipi ṡm q̄ iduunt rōne credibil z sic quēmest una ūtus z uni⁹ h̄itus d oībus credibilibus. siue sint res. siue signa sint. ut fides una ē scīa spālis d omnibus ī q̄tum īduunt hac rōnem. siue sint res. siue sint sig̃. Alr p̄t dici q̄d d⁹ ē loq̄ d rebus z sig̃. aut absolute. aut ī relacōne ad fruicōne. siue ad illud ī q̄ fruēd̄ ē. primo q̄ mō spectat ad spāles sciēcias z diuisas. sc̄do mō ad unā scīam siue doctnā. Vn̄ q̄ at d oībus cēntibus ī q̄tum reducunt ad unū p̄mū eius. ē una scīa z unus lib. sic d oībus rebus z signis ī q̄tu reducunt ad unū q̄ ē alpha. z ω. ē una scīa.

Quod obi. qd credibile ē obm ūtutis zc. dd qd alio mō ē credibile obm ūtutis. alio scīe. Credibile ē s̄ q̄ h̄t ī se rōm p̄ ūtatis. cui fides assentit ppter se z sup oīa ptinet ad h̄itū fidei. s̄. q̄ sr̄ rōm ūitatis addit rōm auctoritatis. ptinz ad doctrinā sac̄ scrip̄tre d q̄ dicit aug̃. sup. gen ad lram. qd maior ē ei⁹ auc̄tas q̄ hūani ingenii pspicacitas. h̄ d sr̄ gen ad littera q̄ sup rōm ūitatis z auctoritatis. addit rōm pbabilitatis. ptinz ad cōsideracōm p̄sentis libri. ī q̄ ponunt rōnes pbantes fidē nrām. z sic pz quo differēt ē fides d cōdictis z libri d canone sac̄ scripture z p̄sens scriptura. z iō nō ualet illa ob tercio. q̄ tñ iste liber nō ē sic ad defensionē spei z caritatis sic fidei nō est simile.

lo bono infinito quod est deus est fruendum, quo habito non potest amplius cogitari nec desiderari. ¶ Consequenter videtur quod bono creato contingat frui, quia quamvis appetitus mentis sit infinitus, tamen propter formam creatam incorruptibilem sufficienter finitur. ergo similiter videtur quod sit aliquod bonum creatum quod sufficienter finiet animae appetitum. sed omni tali fruendum est. ergo aliquo bono creato est fruendum. ¶ Item appetitus humanae est finitae capacitatis. ergo non capit nisi finitum. vel si capiat infinitum, capit finite. ergo si finiatur per illud quod capit, finitur per bonum finitum. ergo videtur quod aliquo bono finito sit fruendum. ¶ Item specialiter videtur quod homine sit fruendum. quia quo deus est fruendum quo deus fruitur. sed deus homine fruitur, quia hominem amat. sed amore illo quo amat se, amat hominem. quia non est in eo duplex amor. sed primus est fruitionis. ergo et secundus. ¶ Item videtur specialiter de virtute. quia omni illo est fruendum quod est propter se appetendum. hoc est manifesta per se. sed omne bonum honestum est propter se appetendum. quia honestum est quod sua vi nos trahit et dignitate nos allicit. sicut dicit Tullius et Augustinus. dividitur honestum contra utile. sed virtus cadit in genere honesti. ergo virtute est fruendum. ¶ Item videtur specialiter de beatitudine. omni eo est fruendum quo habito animus quiescit et delectatur, et nichil ulterius potest querere. sed beatitudo creata est huiusmodi. ergo et cetera. ¶ Respondeo. dicendum quod solo deo est fruendum proprie accepto frui prout dicit motum cum delectatione. tamen omnibus que spiritualiter delectant et convertantur frui. cuiusmodi sunt fructus dona et beatitudines. potest frui homo non indebite | sed primo modo solo deo | et ratio huius est quia nichil potest animam sufficienter finire nisi bonum ad quod est. hoc autem bonum summum quod superius est anima et bonum infinitum quod excedit animae vires. cognitio est animae naturalis et cognitionis artata. unde nata est quodammodo omnia cognoscere. unde non impletur cognitio eius aliquo cognoscibili nisi quod habet in se omnia cognoscibilia et quo cognito omnia cognoscuntur. similiter affectio eius nata est diligere omne bonum. ergo nullo bono sufficienter finitur affectus. nisi quod est bonum omnis boni, et quod est omnia in omnibus. ut de bono xxxiii ostendam quod omne bonum. hoc autem est bonum summum. ergo et cetera. Similiter nec sufficienter finit animam nisi bonum infinitum, quia ad hoc ut finiatur necesse est ipsam finiri secundum estimationem. alioquin non esset beata nisi se estimaret beatam. estimatio autem supergreditur omne finitum, quia omni finito potest maius cogitari aliquid. ergo cum affectio possit se extendere ubi extenditur estimatio, necesse affectio animae supergreditur omne finitum. et si hoc nullo bono finito sufficienter finitur. fruendum est ergo solo deo, quia summum bonum et infinitum, et non solum deo fruendum propter perfectam finitionem. sed etiam propter perfectam delectationem. ad delectationem enim concurrit delectabile et coniunctio eius cum eo quod delectatur. omne autem quod delectat animam, delectat in ratione boni et pulcri. et quia solus deus est ipsa bonitas et pulchritudo. Ideo in deo solo est perfecta delectatio. Item quia est ibi coniunctio. solus autem deus est qui perfectissime coniungitur. non coniungitur per unitatem et intimitatem. solus est deus propter summam simplicitatem et spiritualitatem illabitur animae. ita quod per unitatem est in anima et intimior animae quam ipsa sibi. omnes et haec iiii rationes ad unam reducuntur scilicet ad hanc. quia nata est anima ad percipiendum bonum infinitum quod deus est. ideo in eo solo debet quiescere et eo frui.

¶ Ad illud vero quod obicitur de appetitu materiae. dicendum quod appetitus materiae ordinatur ad formam tamquam ad perfectionem simpliciter. Simile. ex quo et materia fit unum. et ideo necesse est formam esse eiusdem generis cum materia. nec est gradu super materiam. ideo finita est omnis talis forma. talis autem si sit in corpore. propter necessitatem sui unionem, artat appetitum materiae et artatum finit. unde non finitur in sua amplitudine. Appetitus autem animae non sic artatur propter unionem cum appetibili. immo delectatur ratione obiecti quod perficiatur a bono summo. ¶ Ad illud quod obicitur quod non capit nisi finite. dicendum quod infinitum bonum finite capit. quoniam ipsa est finita. sed quoniam bonum illud est infinitum. ideo ab ipso totaliter absorbetur vel ita eius capacitas undique tenetur. unde non tamen gaudebit sed sicut dicit Augustinus in gaudium domini intrabit. quod si tantum caperet et non vinceretur nec absorberetur adhuc posset insurgere appetitus ad aliquid amplius capiendum / patet ergo quod ad hoc quod anima compleatur. quamvis capacitate habeat finitatem, necesse est adesse bonum infinitum. ¶ Ad illud vero quod obicitur de homine. dicendum quod deus diligit hominem et amor dei est amor fruitionis. tamen homine non fruitur, quia diligendo se diligit hominem ~~et amor dei est amor fruitionis tamen homine non fruitur quia diligendo diligit hominem~~ id est fruendo se utitur homine. quod patet sic. quia dilectio dei ad creaturam non est affectio sed effectus communicatio. communicatio autem secundum rationem habitualem attenditur secundum bonitatem. quia bonum est quod natum est se communicare. secundum rationem actualem attenditur. sive respicit voluntatem. quia enim vult ideo facit. non ergo communicandi venit ex voluntate et bonitate. sicut ratio cognoscendi ab exemplari et idea. quia ergo ex conversione voluntatis super suam bonitatem nos diligit. ideo se fruendo nos diligit. ¶ Ad illud quod obicitur de virtute quod virtus est bonum honestum. dicendum quod bonum honestum dicitur dupliciter. aut quod est purum bonum / aut in quo relucet eius similitudo / primo honesto est fruendum proprie accepto frui. quia hoc solum terminat et quietat. Secundo modo non. nisi communiter accipiatur prout dicit delectationem. habet enim propter assimilationem ad divinam pulcritudinem. qua nos delectat et allicit. tamen in ipsis non est quiescendum quia tunc amittunt pulcritudinem. quia virtutes cum ad se referuntur, superbe sunt et inflatae. | Ad illud quod obicitur de beatitudine creata. quod beatitudo creata non finit appetitum propter se sed per coniunctionem cum increata. Unde animam ipsa diligit propter deum non propter se.

Insuper ista circa litteram queruntur plura. Et primo de hoc quod dicit. Horum vero

[margin:] et delectatione. sed generaliter accepto frui prout dicit motum cum delectatione

qda sunt quorum usus omnis est in signis non iustificandorum. B. 39. a.
sacramenta sunt medicine. quia per hug. de sancto uic. sa
cramenta omni tempore fuerunt medicine. sed omnis medicina
habet effectum in curando. ergo et sacramentum similiter. sed ista cura
tio est iustificatio. ergo omni tempore sacramenta habuerunt
iustificare. Responsio dicendum. quod dupliciter est considerare sacramenta
uel legis. scilicet in se sine ratione operis operati. et ~~[illegible]~~.
sic erant tantum ad significandum. uel ratione fidei annexe
sub caritatis sui ratione operis operantis. et sic erant
ad iustificandum sacramenta legalia per circumcisionem.
Omne quod est signum res est aliqua. opponitur contra istam diuisi
onem. ut uidetur est magister male diuiditur. quia supplicium non diuiditur
contra suum in fero. sed res est supplicium ad signum. ergo etc. Responsio dicendum.
quod uerum est quod supplicium in sua generalitate acceptum non
diuiditur contra suum in fero. sed contractum bene potest
diuidi. hic autem contrahitur res ad standum pro re non si
gnificante. Item quod contra hoc quod dicit magister. Non autem omnis
omnis res signum. uidetur enim male dicere. quia signum
est quod ducit in aliud cognoscendum. sed omnis res ducit in aliud quia
omnis res est causa uel effectus. causa autem ducit in cognitionem
effectus et econuerso. Si dicas quod non omne quod ducit est
signum. sed quod ducit in prius. tunc omnis causa est signum cum ducit in dominum.
Responsio dicendum. quod dicitur esse signum. scilicet quod prius non intendit hic sed de secundo.
unde non ualet obiectio ad propositum. quoniam hic intendit
de signo ex institucione sicut sunt signa uocalia et
sacramentalia. Item uidetur magister male dicere in hoc quod
dicit. primum de rebus postea de signis. uidetur enim debuisse di
xisse. post econuerso. quia signum ducit in cognitionem rei.
ergo prius erat agendum uel dicendum de signis quam de rebus.
Responsio dicendum. quod prior est cognitio signi quam rei. res cuius est
signum. sed non omnis ~~quod~~ quod omnis rei. unde ipse prius
agit de rebus quia sacramenta non sunt signa. Item
uidetur quod ista diuisio. Res alie sunt quibus fruendum
etc. sit male assignata uel diuisa. quia diuisum est
simplicius diuidentibus. et diuidentibus aliquid est commune.
sed deo nichil est simplicius. nec est aliquid commune deo et creatu
re etc. Responsio dicendum. quod est diuisio uniuersi communis secundum nomen tantum.
et sic diuisio equiuoci. et est communis secundum nomen et rem. et hec
diuisio uniuoci. et est tercia medio modo. et ista est a
nalogi. ubi non est communitas secundum unitatem rei sed secundum
similitudinem proporcionis. et hec communitas est rationis.
Item uidetur mala diuisio. quantum ad membra. uidetur enim quod
tercium membrum sit superfluum. omnis enim res aut est utendum
aut fruendum. ergo tercium superfluit. Item sicut est res
que fruitur et utitur ita est res qua fruendum
et utendum. ut Christus. ergo qua ratione ponitur tercium
membrum debet poni quartum. Responsio. omnis res que est
non aliqua. aut est finis et sic est res qua fruendum. aut
deducens ad finem. et sic est res qua utendum. aut ad
finem perueniens. et sic est res que fruitur et utitur. ut
homo. et sic accipiuntur membra. et est ista diuisio satis con
ueniens huic scientie. quia cum theologia sit de creatore.
et de creaturis utile est ut theologus doceat quo
modo homo per alias res tendat in deum. Item opponitur
contra hoc quod dicit. Res quibus fruendum. quia si tres sunt

res per se. et non per accidens. et aduersitate rerum est diuer
sitas. sunt multiplicitas fruicionis. ergo sic sunt tres
res. erunt tres fruiciones. Item tres articuli sunt
quia de tribus personis. ergo similiter. et tres fruiciones. Responsio. res
accipitur. hic communiter ad essenciam et personam per sui generalitatem.
et quia sumptum est hoc uocabulum. res. ab actu autem ideo tres
dicuntur res quia tres persone. sed tamen una res. quia una
bonitas est in eis. quia ergo una ~~bonitas una res~~ bonitas. ideo
et una fruicio. quamuis tres res et quamuis articulus
dicitur quod competit autem distinguentis. scilicet intellectus. et fruicio
respicit ipsam diuinam essenciam. et bonitatem. et unionem
affectus continuit — ideo fruicio est una. Item obicitur contra hoc
quod dicit. Omne quod fruitur utitur. quia uidetur falsum. quoniam bestie
fruuntur quia propter se delectantur in delectabili. sed non
utuntur. Si dicas. quod dicitur translatiue. quia non sentiunt refer
re uel ubi utendi. Responsio. uti importat generalitatem
in sua generali accepcione. in speciali importat libertatem
cum relacione. et licet non libertas que est collata competat brutis.
conuenit tamen eis delectari. ideo uti nullo modo conuenit bruti.
frui autem conuenit eis aliquo modo licet improprie. Item uidetur
male dicere quod in homine spes ponenda non est. quia de
beata uirgine cantatur. Vita. dulcedo. et spes. ab
ecclesia que non errat. Item Ion. ii. accessit ad eum
gubernator. Glo. naturale est homini. magis de aliis
quam de se in periculis confidere. Responsio dicendum. quod sperare de ali
quo est dupliciter. aut sicut de adiutore. aut sicut de
saluatore. prima spes potest esse in homine. secunda non. ut est
sperare finale premium. et hoc debet esse tantum in deo. ut tem
porale beneficium. et hoc potest esse in homine. premium
si ponitur in homine meretur maledictionem. secundum non
non. Item quod contra quod dicitur de homine. Itaque frater, ego fruar
te in homine domino. magis quam de asino. ut de aliqua
creatura. cum in omnibus creaturis reluceat uestigium
diuine bonitatis. Responsio. quod dicitur aliquis aliis frui in deo.
non facit representacio. sed magis inhabitacio. unde con
uersa est causa. uidelicet hoc. ego fruar domino in te. dum per
gratiam sentiam deum habitare in te. et est figuratiua locutio. nam est ypal
lage. Item quod contra hanc solucionem. aug. qua soluit
auctor predictam. per illam determinacionem in domino. sed ecclesiastici
xxxviii. filios generabis. et non frueris eis. ex hoc im
plicatur. quod si non peccarent fruerentur. Responsio dicendum. quod predic
ta solucio. non est generalis. sed solum ad propositum auctoritatis.
et ideo recurrendum est ad solucionem dictam extra literam
in questionibus. quod cum frui accipiatur communiter et proprie. in predictis
locucionibus accipitur communiter tantum. Item non uidetur ua
lere quod dicit magister. Si in eo non fruitur sed utitur. etc.
quia de diligit se non tamen utitur quia non diligit se propter
aliud. nec fruitur. quia non fruicio ibi est in hencia. et
in digniccia ut dicit aug. deus autem utroque caret
etc. Responsio dicendum. quod fruicio de sui generali ratione dicitur amo
ris unionem. scilicet fruibilis cum fruente. quando ergo contingit
aliquid uniri sibi et aliis contingit non tamen frui alio
sed in se ipso. sed ubi est unio ad alterum. ibi est te
petencia. in hencia et in digencia. uel non adesse ipsum. si ipsum
est summum bonum. ibi non est in hencia nec depen-

decia uel i digencia sed omnimoda suffic. Si uero ipsum bonum
per deficiens est i digeret. et i hoc est quod dicitur solus se ipso
perfecte fruitur nichil autem aliud ab ipso potest per
fecte se ipso frui. solus enim deus est summum bonum et
diligit se fruendo se, diligit et alia fruendo se. et
ita nec fruendo dei non usus est cum indigeat sic
nec fruendo et usus. Item obicitur de hoc quod dicitur quia bonum est
summum ergo ab eterno bonum est, ab eterno summum. Responsio.
breuiter. quod hoc est quia bonum dicitur eternum, sed eternum non est
necessarium et eternum uoluntarium bonitas autem diuina est eternum
esse et bonum esse per modum non necessitatis. Hoc autem eternum non potest
effectum statim cum est. Item adhuc obicitur. quia similiter non
sequitur quia iustus est iustus summus. si dicas quod iusticia non
est eternum disposicio in quantum eternum. sapientia est disposicio dei
in quantum eternum. ergo pari racione. quia sapiens est sapientes su
mus. Si tu dicas quod non est disposicio inmediata sicut boni
tas, obicitur de uero. que est inmediatissima. et tamen non sequitur.
quia uolens est. uolentes sumus. Responsio. dico quod racio hic conuincit
triplex est. una quia bonitas est condicio cause in quantum
causa in qua consistit uestigium racio. secunda est respectu
ad finem. unde sic dicitur unum in primum unitate, in
bonitate bonum. Item obicitur de hoc quod dicitur. ut scilicet amet
propter se ipsum tantum. quia sic per se. ad per accidens. tamen propter se
ad propter aliud. sed nichil quod conueniat alicui per accidens.
conuenit per se. ergo non quod conuenit alicui.
propter aliud conuenit propter se. Sed ergo uirtutes sunt appeten
de propter aliud. non ergo propter se. Responsio sic dicitur propter se. ubi
est finis et propter quod finis dicitur dupliciter uno modo.
finis ultimus quod propriissime est finis in quo
est status. alio modo finis sub fine quod dicitur propter
terminus. et sic propter quod diuersificatur. unde uno modo excludit
finem. alio modo non. ut dicit magister. Quod ergo
obicitur de per se, dico quod sic per se uno modo opponitur
ei quod est per aliud. et sic idem est per se et secundum quod ipsum suum
primum ultimum. Alio modo opponitur ei quod est per accidens.
sic et propter se dupliciter accipitur. Uno modo opponitur ei
quod est propter aliud. alio modo ei quod est per accidens. quia ad
illud accidentaliter ordinatur. Sed hoc distinguit magister propter
se. et contra honestum. siue fruibile et ipsam te
nuit fruicionem. Item obicitur de hoc quod dicit. Et que
sunt res per quas fruimur. ut uirtutes, uidetur quod solus po
tenciis possit frui anima. sine quibus est uirtute potest
frui bono creato. ergo cum maius sit fruibile bonum
increatum. et anima magis ad hoc nata est. potest eo frui
solis potenciis. Responsio dico quod summum bonum est quod super
positum est. ad hoc ergo quod illi uniamur, necesse inueniri
est medium. medium unitiuum per quod anima nata est uniri
alii a se distanti. et hoc est potencia. aliud speciale super hoc
quod ipsam subleuet et hec est uirtus. Ad obiectum non
est simile. quia potencia per se potest deficere et inclinari.
sed non per se eleuari.

Hec itaque uera ac pia fide tenenda est. Hec est
secunda pars in qua prius libri est in dagacio. In
cipit magister prosequi. diuiditur autem pars in duas
partes. cum dupliciter est considerentur res quibus fruendum

scilicet in se. et in comparacione ad creaturas. In se racione trinita
tis et unitatis. In comparacione ad creaturas. racione scientie. potentie. et
uoluntatis. Primo ergo agit de sancta trinitate et unitate. Secundo de
potencia. sciencia. et uoluntate. ibi. d. xxxv. Cum supra disseruimus.
Prima autem sacratissima trinitate. quantum contingit
tractari, quantum contingit primo ipsa credenda. Secundo credita
intelligenda. tercio intellecta dicere sui enunciare.
Credenda autem est per auctoritates, intelligenda per rationes, dicenda per ca
tholicam et racionabilem locucionem. Primo primo de ipsa trinitate.
et unitate agit sicut credenda. Secundo de ipsa sicut
quod credita per rationem intelligitur. ibi. d. iij. Apostolus namque ait et cetera.
Tercio sicut quod credita et intellecta racionabiliter et
catholice exprimuntur. ibi. d. xxij. Post predicta disserendum
nobis uidetur de nominum diuersitate. et patet ordo, prius
est et uerius est enim credere quam intelligere. multa enim credimus
que non intelligimus. et prius est scire intelligere quam sermone
exprimere. Prima pars sicut quod credita continet presentem distin
ctionem. et quia non est difficillima, primo ponit modum pro
cedendi. Secundo uero exequitur ibi. proponamus ergo in medium.
Item prima pars secundum hoc capitulum habet tres partes, in prima tangit modum
agendi. quia debemus esse cum modestia timore et dilige
ncia. premittens materiam et cetera quod intendit. In prima subiungit
in tercione scribendum de trinitate. ibi. secundo capitulo. Omnes autem
catholici tractatores. tercio tangit ordinem ibi. Ce
terum in libro, modus scribendi de trinitate debet esse fundatus
super intellectum fidei. et cum modestia et timore
propter periculum. Intencio scribendum de trinitate est quod pater
et filius et spiritus sanctus sunt tres persone et unum deus. ordo scri
bendi est primo per auctoritates ostendere ueritatem. deinde per
rationes et congruas similitudines. proponamus ergo in
medium. Hec est secunda pars in qua magister auctoritates sacre
scripture intendit ostendere trinitatem et unitatem.
et quia sacra scriptura duas habet partes. scilicet nouum et ue
tus testamentum. primo primo ostendit hoc per auctoritates ueteris testamenti.
secundo idem per auctoritates noui. ibi. Nunc per testimonia et cetera.
et quia uetus testamentum duas habet partes. scilicet legem et prophetas in quibus
fides explicatur. primo primo ostendit per testimonia legis
secundo per testimonia prophetarum ibi. Ille et maior prophetarum.
Prima iterum pars in qua probat per testimonia legis. duas
habet partes. primo probat essencie unitatem. Secundo
unitatem simul et trinitatem id est personarum quoque
pluralitatem. Similiter illa de testimoniis prophetarum habet
duas. In prima probat essencie unitatem. et personarum
pluralitatem in communi. In secunda uero in speciali ostendit
filii generacionem. et spiritus sancti processionem ibi. Et quod et
nam filii generacionem. Similiter pars illa in qua probat
per auctoritates noui testamenti habet duas partes, primo enim probat per auctoritates
siue per testimonia ihesu christi, secundo per auctoritates aposto
rum ibi. Iohannes quoque in epistola canonica. auctoritates et earum ex
planaciones et numerus et diuersitates. satis patent in
littera.

Ad declaracionem eorum que de sacra trinitate et unitate dicit
magister. iiij. possunt queri et cetera prime ubi querit primo
modo. utrum in deo sit ponere essencie. sui et unitatem.
Secundo autem. utrum in deo sit ponere personarum pluralitatem.

4º.

sa quia est proxima ad actum.
so quia disposito generalis

4º.

4º.

d. ij.

9.

Tercio utrum in divinis personis sit ponere in[...]tatem.
Quarto et ultimo utrum in divinis personis sit ponere trinitatem.
Circa primum quod in deo sit ponere
[...] sui non unitatem.
Quod autem ratione ostensiva triplici, habita suppositione quod deus
potest tamen per certam dei conceptionem quod est quo deus est quo
maius excogitari non potest tamen recte stat quod non est
non in summo ... suppositio prima est quod deus est simplicissimus. ex
hoc arguitur quod nullo alio diviso possit communicare deus.
quia si communicat et differt ergo non per idem. ergo est in compo-
sitione non potest communicare ergo non divisatem nec entitatem. ergo
si sunt duo dii cum unus sit eius alter non est eius.
si unus est deus alter non est deus. ergo si duo sunt dii non
sunt duo dii. Item secunda suppositio est quod deus est omni-
potentissimus. et hic arguitur ergo potest facere quod
omnis alia potentia a sua nichil possit. ergo si sunt duo
divisi in natura hic potest facere unus de altero quod alter non po-
ssit et econverso. sed cui potest potentia auferri non est deus. ergo si
sunt duo dii nullus est deus. Item tercia suppositio est quod est
simpliciter summum. et hic arguitur ergo omnia sunt in ipso.
ergo omnia alia ab ipso et ad ipsum. Si ergo sunt duo dii
unus est in altero et econverso unus est ab alio secundum eum divi-
sum et econverso unus ad alterum et econverso. sed quod est in alio aliud
in non et ab alio et ad aliud non est deus. ergo etc.

Item hoc potest probari per deductionem ad impossibile. si sunt
duo dii aut unus est ubi alter aut non. si unus ubi
alter ergo unus in altero cum sint eodem modo essendi
ergo unus est alterius. ergo alter non est deus. si unus non est ubi
alter ergo uterque limitatus ergo neuter infinitus. Item
si plures sint dii boni aut unus intelligit alterum
aut non. ergo uterque est ignorans. Si intelligit aut ergo
per presenciam aut per speciem aut per se ipsum supple presen-
ciam ergo unus in altero. ergo deus illabitur deo et perficit dominum
Si per speciem ergo compositus. Si per exemplar ergo unus est
exemplar alterius ergo et principium. Item si sunt
duo dii divisi quorum uterque est summum bonum aut
unus diligit alterum ut diligendus est aut non. si sic
cum uterque sit summum bonum uterque est diligendus amo-
re fruitionis ergo uterque fruitur altero. sed quod fruitur
alio bono aliquo indiget illo. ergo unus indiget
alio. ergo uterque est indigens. ergo neuter deus. Sed contra plus
potest deus ~~[...]~~ facere quam intellectus noster possit co-
gitare. sed intellectus humanus ut potest generaliter
intelligit plures deos omnipotentes. ergo potest deus hoc facere.
Sed quicquid potest esse in divinis non est in ... quia eterna ergo etc.

Item plura bona meliora sunt paucioribus. sed plures
dii sunt plura bona ergo melius aliquid erunt duo quam unus.
sed secundum Augustinum omne quod melius est esse deum est ponendum. ergo est
ponere plures deos. Item quorum diversa est operatio
diversa est natura et diversa est ... sed operatio trium personarum
est diversa quia apparuit in columba tamen solus spiritus sanctus et
solus filius assumpsit humanam naturam. ergo sunt diver-
si in substantia ergo sunt plures dii. Item tantum magna potentia
est quod potest magnum et maior quam maius et maxima quam
maximum. sed deus per omnia est summe potens ergo potest

producere summum. sed hoc est deus. ergo cum in eternis sit idem esse et
posse ergo etc. Ad hoc dicendum quod impossibile est esse plures deos.
et si recte accipiatur significatum huius nominis deus non
solum est impossibile sed est non intelligibile. deus est enim simpliciter su-
mmum et in re et in opinione cogitantis quia in re deo omnia
ab ipso et in ipso et ad ipsum et in ipso omnino est status.
Deo impossibile est intelligere salvo hoc intellectu quod aliquid sibi
parificetur ab ipso. Item nichil maius deo cogitari
potest nec equale quia summum in opinione ideo im-
possibile et non intelligibile est ponere plures deos. Ad illud ergo
quod obicitur de generalibus dicendum quod non fuit intellectus sed fictio
quia non intelligebat deum. secundum voluntatem divinam. ideo
non valet. Ad illud plus potest deus facere etc. dicendum quod du-
plex est intellectus scilicet rationalis et fantasticus. deus potest vere
sed de secundo non quia multa possumus cogitare per fanta-
siam que deus non potest facere quia non convenit illi in
quod in conveniens est impossibile. Ad illud quod obicitur quod plura bona sunt
meliora paucioribus dicendum quod illud habet veritatem in bono
creato et finito quod ratione sue finitatis recipit bo-
nitatis augmentum per additionem alterius boni. non autem
habet veritatem in bono infinito quia quantumcumque addas
bonum finitum infinito semper ego intelligo eandem bonita-
tem in uno quantum tamen in pluribus. Ad illud quod obicitur de
diversitate operacionum dicendum quod pater et filius et spiritus sanctus in omni
operatione conveniunt sed in relatione differunt. Unde in in-
carnatione est operatio productionis illius nature et
unio. In primo conveniunt tres persone. In secundo non. similiter
columba est columbe formatio et eius figura. In primo conveniunt
in secundo non. exemplum Augustini est de trinitate quod ad formationem
huius nominis memoria concurrit memoria intelligencia et voluntas
tamen hoc non memoria significat alteram potenciam. Conveniunt ideo
est in proposito. Ad aliud quod obicitur quod magna potencia etc.
dicendum quod producere aliquid est simpliciter vel de se ipso. potest producere
summum simpliciter. sed ille non erit alius in natura. propter simpli-
citatem de alio vel de nichilo. non potest producere summum simpli-
citer. sed in genere non propter defectum potencie agentis sed propter de-
fectum creature quam necesse est esse limitatam. et ita
non potest producere aliud deum.

Secundo queritur utrum sit ponere
in divinis personarum pluralitatem.
Et quod sic ostenditur suppositionibus de deo. quarum prima est
quod in ipso summa sit beatitudo. Secunda est summa perfe-
ctio. Tercia est summa simplicitas. Quarta est su-
mma primitas. Ex prima suppositione arguitur sic. si est in su-
mma beatitudo. sed ubi est summa beatitudo est summa
bonitas summa caritas et summa iocunditas. sed si est
bonitas cum bonitatis sit summe se communicare hoc est in ma-
xime producendo ex se equalem. et dando esse suum ergo
etc. Si in summa caritas cum non sit amor privatus. sed
ad alterum ergo requirit pluralitatem. Item si summa iocu-
nditas cum nullius boni sine socio sit iocunda possessio
ergo ad summam iocunditatem requiritur societas et ita plu-
ralitas. Ex secunda suppositione arguitur sic. si est ibi
summa perfectio. sed perfectionis est producere talem quis
ipse est in natura. ergo necesse est deum esse multiplicatione. sed hoc

24º

[...]

vel de aliquo creato vel de
nichilo vel de se ipso.

sed hoc non potest esse per aliam essentiam ergo oportet quod sit per aliam personam sui suppositi. Item ex tertia suppositione sic. Si est ibi summa simplicitas. Sed simplicitatis est quod aliqua non sit in pluribus ut patet in ultimo. Sed ex defectu simplicitatis est quod invenitur in illis. Ergo si in deo est simplicitas in nullo deficiens, erit in pluribus non variata essentia. ergo etc. Item ex quarta suppositione sic. Si est ibi summa primitas. Sed quanto ad primitatem fecundius est et aliorum principium. Ergo sicut essentia quia prima est principium aliarum essentiarum, sic pater cum sit prima quia a nullo est principium et habet fecunditatem respectu personarum. Sed fecunditas in deo respectu dei non potest esse nisi actu coniuncta. ergo necesse est plures esse personas. Contra. Sed contra videtur quod ex eisdem suppositionibus possit argui contrarium et ita destruunt invicem se. Et credo. Si enim ibi est summa beatitudo, cum beatum per essentiam sibi soli sufficiat ad beatitudinem. Ergo non est necesse ponere aliam personam ad beatitudinem sui iocunditate. Item ex secunda suppositione sic obicitur. Si est ibi summa perfectio, ergo eque plene et perfecte est essentia in una persona et in pluribus. Si igitur ultra perfectionem additio est superflua pluralitas, et superflua. et si hoc, cum in divinis nichil sit superfluum, pluralitas non est in divinis. Item contra etiam videtur sic. Si est ibi summa simplicitas, cum pluralitas opponatur simplicitati et opposita non possunt esse circa idem. ergo si deus est unus et in eo est simplicitas, non ergo pluralitas, cum deus per omnia sit simplex. Item contra quartam suppositionem sic. Si ibi est summa primitas, ergo cum status sit in primo principio et status est in unitate, ergo primitas non ponit pluralitatem sed unitatem. ergo videtur quod una sit tantum persona. Respondeo dicendum quod in divinis est ponere personarum pluralitatem. Sicut fides dicit et rationes predicte ostendunt. Sicut sine contradictione constet. Nam ratione simplicitatis essentia est communicabilis et potens esse in pluribus. Ratione primitatis pater nata est ex se aliam producere et [illegible] primitate innascibilitatis, ratione cuius ut dicit antiqua opinio est fontalis plenitudo in patre ad omnem emanationem et hoc infra patebit. Ratione perfectionis ad hoc est apta et prompta. Ratione beatitudinis et caritatis voluntaria. Quibus conditionibus positis necesse est ponere personarum pluralitatem. Ad primum ergo quod obicitur in contrarium quod beatum per essentiam sibi soli sufficit ergo non indiget. Dicendum quod verum est quod non indiget nec potest alius per indigentiam, neque eam qua beatificamus sed in beatitudine convenimus. Similiter ad illud quod obicitur quod deitas eque plene est in uno et in pluribus. Dicendum quod si sit eque plene non tamen ita plene declaratur et patet eo ipso quo plene in patre redundat in alias per redundantiam perfectionis. Ad illud quod obicitur quod pluralitas repugnat simplicitati. Dicendum quod est quedam pluralitas per additionem et hec repugnat. Quedam per originem et hec non addit nec componit nec repugnat simplicitati sed potius [illegible] et sic est in divinis ut infra patebit. Ad illud quod obicitur quod in primo est status. Dicendum est quod sicut in essentiis una est essentia prima a qua sunt alie et ad quam, sic in personis est una persona a qua sunt alie et ad quam. et in illa est status originis quia illa a nullo. et hec est pater. propter quod dicit augustinus illi patri appropriat unitatem dicens in patre unitas etc.

Consequitur tertio loco querere

Utrum in divinis personis sit ponere infinitatem. Et quod sic ostenditur hoc modo quia creatura est finita quicquid est in ipsa est actu finitum. ergo ab oppositis quia divina essentia est infinita quicquid est in ipsa est infinite. ergo cum in deo sit numerus personarum erunt infinite et ita erunt persone infinite. Item cum duplex sit infinitas virtualis et numeralis. Infinitas virtualis est in deo ergo pari ratione infinitas numeralis. ergo in deo sunt infinite persone. Iterum infinita virtus cum emanat secundum suam totam infinitatem non tantum producit infinitum intensive sed extensive. sed virtus patris in productione personarum emanat secundum omnimodam sui potestatem. ergo non tantum producit personas infinitas in virtute immo et infinitas in numero. Item hoc ipsum ostenditur sic. multiplicatio personarum aut est virtutis aut non. si non, ergo non debet in divinis poni. si est virtutis perfecte ergo maior multiplicatio erit maioris virtutis et summe virtutis infinita multiplicatio. ergo etc. Contra hoc ostenditur quadruplici conditione que sumitur ab hoc quod semper deo est attribuendum quod nobilius est, quod necesse est ponere personarum finitatem. Prima est distinctio. Secunda ordo. Tertia connexio. Quarta summa completio. Ex prima conditione ostenditur sic. Si est distinctio non ergo confusio. sed ubi est infinitas ibi est confusio. ergo etc. Item ex secunda sic. Ubi est ordo ibi est continuatio. quia ubi deficit continuatio deficit et mediatio et per consequens ordo. sed ubi est continuatio non est infinitas. ergo si in personis divinis est ordo non est infinitas. Item ex tertia sic. ubi est connexio necesse est quod omnes persone procedant ab una. Nam si una ab alia et ita consequenter, tunc est infinita distancia inter primam et ultimam. sed hoc est inconveniens. ergo omnes ab una. aut ergo eisdem modis aut diversis. Si eisdem ergo nulla distinctio. Si diversis, sed diversi modi emanandi sunt finiti. ergo etc. Item ex quarta sic. Si est ibi summa completio, ergo nata est alia divinitas alia complete. ergo cum completio personarum sit in beatitudine, nata est beatificare. Sed si essent persone infinite impossibile esset beatificari aliquam, cum cognitio cuiuslibet persone est de substantia beatitudinis, cum tota bonitas que est [illegible] primum sit in qualibet persona. ergo alia omnes cognosceret aut non esset beata. Sed impossibile est omnes cognoscere cum virtus eius sit finita. ergo etc. Respondeo dicendum quod in divinis personis quantum ad numerum non habet esse ponere infinitatem sed finitatem. Ratio autem huius est quia infinitas numeralis repugnat perfectioni et ordini quia est recessus ab unitate sive ab origine sua, similiter et infinitas motus. Et ideo neutrum est in deo. Infinitas autem virtutis est per accessum ad unitatem et originem. et ideo cum ista sit personis ponenda est in deo. [illegible] non. Ad illud

ergo quod obicitur quod quicquid est in deo est in finitate. Dicendum quod verum
est infinite. sed non qualicumque infinitate. sed illa qua
deus est infinitus. et hec est infinitas immensitatis. et tali
modo est trinitas infinita. non infinitate numerali. que non
congruit deo. ¶ Secundo aliud quod obicitur quod infinita virtute
virtuti non convenit productio vel perfectio. et ideo non
convenit ei productio alicuius infinite virtutis. vel illius que
stat cum summa perfectione. hec autem non est infinitas
numeralis. et ideo non est in deo. ¶ Ad ultimum quod obicitur quod
potens est se multiplicare. Dicendum quod non omnino est potens.
sed perfecte ~~se~~ multiplicare se. potens est. et ideo non sequitur
ergo magis multiplicare est maior ~~perfectio~~ perfectio. Vel intel
ligatur perfecte. sed infinite se multiplicare per nu
merum est imperfectionis. et ideo non convenit deo.

Quarto et ultimo queritur utrum

Quod in divinis personis sit ponere trinitatem et quod non in modo magis
dualitatem. ostenditur. sic. pater totum quod potest dat
filio. sed qui dat totum quod potest. non potest amplius
dare. ergo non aliam personam producere. cum illud sic
dat. ¶ Item pater generat filium tamquam verbum per omnia
equale. et per omnia dicens et exprimens ipsum. sed
multiplicatio personarum est ad declarationem virtutis. ergo
videtur quod superfluat aliam producere. ¶ Item ostenditur
quod ibi debeat esse quaternitas per rationem emanationis.
quia enim filius emanat per generationem. non per processionem.
ideo quia vis non generet tamen spirando producit. eadem
ratione videtur quod sit quarta vis non producat spirando. pos
sit generare. sive generet cum non generetur. ¶ Item cum in divi
nis sit duplex modus procedendi. scilicet unus per modum nature.
alius per modum voluntatis et in debeat esse completa ratio productionis.
videtur quod ibi debeat esse modus producendi tertius per modum
artis. et si sic per modum artis. erit ibi ponere quartam
personam per hunc modum producendi. ¶ Sed contra quod sit in trinitas.
tantum ostenditur ex suppositionibus supra factis. quia necesse
est in illa trinitate esse beatitudinem. perfectionem. sim
plicitatem. primitatem ¶ Ex prima suppositione ostenditur
sic. si est ibi summa beatitudo. ergo summa concordia
ergo summa germanitas. summa caritas. sed si essent
plures quam tres. non esset summa caritas. ergo sunt
tres tantum. ¶ probatio minoris. si est ibi quarta persona aut
procedit ab una. aut a duabus aut a tribus. Si ab
una vel duabus tantum. tunc non perfecte et equaliter con
venit cum omnibus ¶ Si autem a tribus. tunc magis
due persone que sunt medie conveniunt ad invicem. quam cum ex
tremis quia producuntur et producunt. et ita non est
ibi perfectus nexus ¶ Item si essent pauciores quam
tres. non esset ~~non esset~~ ibi perfecta caritas. quia perfe
ctus amor. et est lecialis. et est communis. quia liberalis in
tendit in alterum. quia communis. vult illum diligi ab
alio. et diligere alterum sicut se a se. ergo est ibi dilectio
et condilectio. hec autem non potest esse nisi quam in tribus.
¶ Ex secunda suppositione sic. si est ibi summa perfectio.
ergo persona producta perfecte producit. et quantum ad modum
producendi. et quantum ad eum qui producit. sed non re
peritur nisi duplex modus producendi. nobilis.
omne enim agens. agit per modum nature. aut per modum
voluntatis. sic vult philosophus. ergo hiis duobus modis et tantum hiis
producit. sed persona producta. quolibet istorum modorum est perfec
tissima. ergo si ultra perfectionem. omne quod est superfluit.
et quod est citra deficit. necesse est tantum duas personas emana
tes et non plures nec pauciores. et unam a qua ema
nant. ergo tantum tres. ¶ Item ex tertia sic. si est ibi summa
simplicitas. pater totum dat cuilibet ergo procedentes
sive emanantes. non distinguuntur penes ea que acci
piunt. sed penes modos accipiendi vel emanandi.
sed duo sunt tantum modi emanandi. ergo non possunt
esse nisi due persone emanantes et tertia producens. ergo et cetera.

Item ex quarta sic. si ratione primitatis est ibi summa
fecunditas nulla persona potest producere aliquam genere producendi
quo producitur. quia respectu illius non est prior. ergo cum
due persone emanent. per duos modos emanandi. im
possibile est quod hiis modis producant. et non sunt alii
modi. ergo non possunt producere aliam personam. ergo tantum
tres. ¶ Respondeo. Dicendum quod sicut fides catholica dicit. ponere
est tantum tres personas. non plures. nec pauciores. et ad
hoc sumuntur rationes necessitatis et congruitatis. ¶ Ratio necessitatis
quare non possunt esse pauciores quam tres.
est summa beatitudo. et summa perfectio. Nam summa beati
tudo exigit dilectionem et condilectionem. summa perfectio
duplicem emanationem. scilicet nature et liberalitatis. et
ad hoc ad minus exiguntur tres persone. ¶ Item ratio necessitatis.
quare non possunt esse plures est summa simplicitas
que non patitur personas distingui. nisi secundum modos ema
nandi. et item principalis fecunditas. que non permit
tit personam producere aliquo genere emanationis
nisi per quem est intelligendi. sit prior illo. Sed hoc unum persona prima.
quia est innascibilis et inspirabilis generat et spirat.
secunda. quia inspirabilis. sed genita. non generat sed
spirat. tertia non persona quia spiratur et procedit
a generante. nec generat nec spirat. et ideo impossibile est
esse plures quam tres. ¶ Ratio congruitatis. sumitur ex
sufficientia combinationum. et ex perfectione numeri ternarii. ex
sufficientia combinationum quia cum amor sit in omnibus personis
ut dictum est. et non sit nisi triplex amor. videlicet gratui
tus. et debitus. et ex utroque permixtus. tantum erunt
tres persone. una que tantum dat. in qua est amor gratuitus
alia que tantum accipit in qua est amor debitus. et media
que dat et accipit in qua est amor permixtus ex u
troque. ¶ Item alio modo possunt combinari per modum
originis. et hec combinationis sufficientia in tribus consi
stit ¶ Nam contingit intelligere personam que est principium
personarum. et non est principiatum. et rursum personam que est principi
atum et non principium persona. et tertio modo personam. que est prin
cipiatum. et principium. Quartus autem modus. quod
non sit principium nec principiatum est omnino impossibile et non
intelligitur. ¶ Ratio congruitatis ex parte numeri est. quia numerus
iste. scilicet ternarius. habet in se primam perfectionem. et summam.
sed considerer in se sive in quantitate continua sive
in numero habet in se primam perfectionem. quoniam primus numerus est
qui constat ex omnibus partibus suis. scilicet unitate. et dualitate.

quae simul iuncta faciunt tria. Generari autem dicitur primo perfectorum
quia constat ex omnibus partibus suis aliquotis scilicet tribus duobus
et uno. Iterum summa perfectio est in eo quia unitas quae est
principium et complementum omnis numeri reflexa super se re-
duplicatione perfecta. qualis in solido quadrato
triplicatur sed in se remanens Una. sed unitate.
ut si dicatur semel unum semel. et istud est valde
simile trinitati in creatore. in qua in unitate substantiae est tri-
nitas personarum. non tamen est omnino simile. quia in eo unitas
substantiae est trinitas rerum scilicet personarum. hic tamen modo
numerus. Similiter si consideretur numerus iste in quantitate
continua habet in se primam perfectionem. et summam. prima quia
omnis quantitas habet primum medium et ultimum. summa.
quia perfectio quantitatis continuae suprema consi-
stit in trina dimensione scilicet longitudine latitudine
et altitudine. et hoc est quod dicit philosophus in principio de celo
et mundo. omne est perfectum in tribus dimensionibus. et hymno ad hi-
bemus nosmetipsos magnificare deum unum cre-
atorem omnium eminentem proprietatibus eorum quae sunt
creata. Similiter si consideretur iste numerus in creatura habet
in se perfectionem primam et summam. prima quia trinitatem vesti-
gii contingit reperiri in qualibet creatura quantumcumque
parva quantumcumque minima. perfectam. quia trinitatem
ymaginis reformatam. et dei formatam. attendit
summa et nobilissima perfectio creaturae scilicet beatitudo.

Ad illud quod obicitur quod pater dat filio totum quod potest
dicendum quod verum est sed non omni modo quo potest. et ideo in illa datione
est actus. non potest amplius dare. ergo non alia persona
producitur. quia hoc non est dare amplius. sed alio modo
similiter sequens patet quia filius non omnino declaratur. quia
et si secundum rationem naturae. non tamen per liberalitatem vel
non in quantum ex ipso verbo procedit spiritus. Ad illud quod
obicitur quod spiritus sanctus debet generare. dicendum quod non similiter quia
sicut filius procedit per spirationem. Ideo habet principium
pluralitatis. propter hoc sequitur generationem. et ideo non generat
quia non est in vasibilit. Ad illud quod obicitur de tertio modo
emanandi scilicet de arte. dicendum quod ars non habet fecun-
ditatem ad emanandum sive ad producendum vel pro-
ducere. et ideo modus ille non debet distingui contra
precedentes per modum liberalitatis sive voluntatis. sed
alius et melius modus producendi per artem convenit cum
modo producendi per naturam in hoc quod utrobique producit simile.
Differt autem quia in productione naturali producit filius
in substantia et numero. alius in specie. in productione autem artis producit
simile secundum rationem formae exemplaris. dissimile non
in substantia et numero. talis autem modus producendi est in corpore divinae
essentiae. quia non compatitur diversitatem essentiae.

Preterea ista questio littera primo est dubitatio de hoc
quod dicit magister quod purgatissimus mentibus contuitur
uf e male dicit. quia nulla mens dum est in via
est purgatissima sed tantum in patria. Respondeo dicendum quod mens ad
hoc quod deum contempletur perfecte indiget purgari
quantum ad intellectum et affectum. Ideo dicit per iustitiam fidei
id est per fidem quae facit iustum in operatione et per se purgat in-
tellectum. sed iustitia affectum. Utriusque autem purga-
tionis triplex est gradus. Nam intellectus purgatur est cum ab-
strahitur a sensibus corporibus. purgatior cum mundatur a fan-
tasticis ymaginibus. purgatissimus cum a phisicis rationibus.
Secundo affectus sive ubi purgatur affectus cum mundatur
a culpa. purgatior a sequela. purgatissimus ab occasione.
Et in hoc statu idoneus est contemplari. Item oppo-
nitur de hoc quod dicit. Nititur humane aciei in vali-
da in tam excellenti luce non figitur etc. Contra.
cum quae in mundata non figatur ibi. quia quantumcumque
mundetur. Ad hoc excedit lux illa improportionali-
ter aciem mentis. ergo si non propter suam excellentiam non potest
intueri a non habente fidem. et nec ab habente. Respondeo. differt
dicere conspicere. et figi. et comprehendere. conspicere potest
a mente in mundata. sed figi in illa non potest. nisi in vesperum
comprehendere non potest nisi in patria. Ratio autem quare non potest
figi est duplex. Una quia est super intellectum. et ideo intelle-
ctus in ea non figitur nisi habeat gluten affectus.
sed statim recidit. Alia ratio. quia oculus nostrus est illi
luci improportionalis qualitative et similiter quantitative
sed oculus infirmus. sive lippus. est utroque modo improportio-
nalis. et ideo non figitur. Item obicitur de hoc verbo
augustini. dicitur et deus nomen est naturae. et nomen potestatis. quia dicitur
damascenus. quod hoc nomen deus imponitur ab operatione. unde dicitur
ab ethin. quod est ardere. vel athin quod est fovere. vel
atheasthe quod est videre. Respondeo dicendum quod de hoc nomine et consi-
milibus est loqui dupliciter aut quantum ad id cui imponitur
et sic est nomen naturae. quia ei imponitur quod est summa natura. aut
quantum ad id a quo imponitur. et sic est nomen operationis
quia imponitur ab operatione. Item quaeritur de hoc nomine. ego
sum qui sum. Utrum hoc nomen ego sum etc. sit nomen essentiae
vel personae. et quod personae videtur. quia pronomen demonstrativum etiam significat
certam personam. et ibi loquitur actus patris. Si forte dicas
quod ego quia significat originem stat pro patre. persona sum. quia actum
essentiae. pro patre filius. quae relatio utrique nectens pater
et spiritus sanctus. hoc non est. quia pro eodem stat relative et ans. Respondeo dicendum
quod illud nomen. qui est. et ego sum qui sum. est nomen essentiae proprie.
hoc est quia circumlocutio. significans essentiam in omnimoda per-
fectione. et absolutione. et hoc est proprium nomen divinae substantiae.
Et quod obicitur quod pronomen signat certam personam. dicendum quod
per ibi dicitur certum suppositum ubi. et hoc est substantia et numero.

Item quaeritur de hac auctoritate. Faciamus hominem ad
ymaginem et similitudinem nostram. Utrum ymago
stet ibi pro essentia. aut pro persona. si pro essentia. ergo idem est
dicere ymaginem nostram. quod essentiam nostram. sed
pro persona non debet dici unam. sed meam. si pro ymagine creata
nichil ad propositum. quia per hoc non probatur uni-
tas naturae. Respondeo dicendum quod scilicet quod sancti hic accipiunt
ymago et similitudo dicit essentiam. in patre enim
ymago unitatem cum distinctione. et similitudo
similiter propter in diversa relationem. et ideo in hoc quod dicit
ymago et similitudo quantum ad id quod significat
communis notatur unitas essentiae. quantum ad id quod con-
notatur pluralitas personarum. et ideo aliter exponit
augustinus. aliter exponit hilarius. Augustinus considerat prin-
cipaliter scilicet essentiae unitatem. sed hilarius totum. Unde dicit.

in filio ut in patre. ergo utrobique est eque nobilis. ergo nichil potentie plus in patre quam in filio. ¶ Item ea potentia que potest quis super infinitam et summam supple. intensivam distantiam. nichil est potentius. sed potentia verbi potest super infinitam et summam distantiam. que est inter eas. immo est eius. quia per ipsum omnia facta sunt. etc. ¶ Item ea potentia cui nichil potest resistere nec ad potest eam retardare non potentius. sed potentie filii nichil potest retardare nec ad potest ei resistere quia subito facit et libere. psalmista. dixit et facta sunt. etc. ergo etc. ¶ Contra potentior est potentia in eo qui solum potest agere quam in eo qui agere et pati. sed in patre est solum agere et in filio agere et pati ergo etc. ¶ Item potentius aliquid potest quod est principium quam quod non principium quia omnis causa primaria plus influit quam secunda sed pater est principium principii. ergo non omnino unum et idem potentie plus in patre quam in filio. ¶ Item potentius potest qui habet potentiam a se quam qui ab alio quia omne aliquid habet a se multo melius habet quam qui ab alio accipit. ergo cum filius habeat posse a patre pater autem per se et a se. ergo etc. ¶ Item plus potest aliquis qui potest et per se et per alium quam qui tantum per se. sed pater potest operari per filium. spiritus. s. non potest per filium nec etiam ipse filius per se loquendo. ergo etc. ¶ Responsio quod potentia in patre et filio est eque intensa. quia in utroque summa est. et eque nobilis quia in utroque una per naturam. non de generationis filii et spiritu sancto et hic loquendo de filio secundum divinam naturam secundum quam equalis est patri. ¶ Ad primum ergo quod obicitur quod filius potest pati dicendum quod istud non est secundum potentiam divinam. sed secundum infirmitatem humanam. et secundum illam inferior est patre et minus potens secundum autem divinam non potest pati sicut nec pater. ¶ Ad secundum quod similiter obicitur quod secundum principium principii magis potest. dicendum quod principium et principium principii aut solum dicit ordinem. aut substantialem differentiam si solum ordinem cum tamen idem sit utrobique non est potentia hic quam ibi. si autem dicit substantialem cum ordine. sic verum est quod potentius est principium quia secundum quia secundum addit aliquid supra principium. quod dum facit. magis compositum reddit magis limitatum. et ita minus potens. ¶ Ad tertium quod obicitur etiam iam solutum quia habere ab alio habere est aut differenter substantialiter aut personaliter si substantialiter sic verum est quia cum habeat ab alio per essentiam non habet essentialiter sed participative. sed qui habet ab alio personaliter eodem tamen essentialiter tunc habet eque nobiliter quia totaliter et essentialiter. unde Jo. v. sicut pater habet vitam in semetipso sic dedit filio. etc. ¶ Ad quartum quod obicitur quarto quod pater potest per se et per alium dicendum quod posse per alium est duplex aut per alium tamquam inferiorem sicut agentem aut per alium personam. primo modo non potentie est per se et per alium quam per se tantum. quia per se per alium dicit dominium et auctoritatem. sed posse per alium per personam consubstantialem non dicit dominium sed tantum auctoritatem. auctoritas autem non dicit maioritatem. sed solum dicit originem sicut posse ab alio. et non ab alio non dicit minoritatem in potentia sed solum sub alia ratione originem. et sic intelligendum in proposito de posse per alium et non posse per alium.

¶ Consequenter est questio secundo loco de secundo articulo. scilicet utrum cum in divinis sit ordo. et circa hoc queruntur duo. primo quid ut utrum ordo sit ibi ponendus. secundo utrum ordo naturalis. quod in divinis sit ordo ostenditur primo per Augustinum ad Maximum cum dicitur filius a patre non significat inequalitatem sed ordo nature. ¶ Item hec verba auctoritatis ecclesie. que ecclesia nominationem trinitatis exprimit ordinate. dicit enim in nomine patris et filii et spiritus sancti. et hic ordo numquam mutatur ergo etc. ¶ Item principium est ratio ordinis. principium enim et principiatum dicuntur per prius. Item dico sed in divinis pater est principium filii ergo primus. sed ubi hoc ibi ordo ergo etc. ¶ Item ordo dicitur omnium completio esse et boni. esse enim ut dicit Boetius in libro de consolatione est quod ordinem retinet et servat atque naturam. sic et boni sed in divinis perfectissime est ratio esse. et boni ergo est ibi ratio ordinis. ¶ Item ubicumque sunt plures inter quos non est ordo sunt inordinati sed in divinis personis est pluralitas ergo si non est ibi ordo est inordinatio et confusio. sed inordinatio et confusio repugnat divinis ergo est ibi ordo. ¶ Contra Eusebius in divinis est numerus. sed non est ordo. ¶ Item hoc ipsum videtur ex ratione ordinis Augustinus de civitate Dei ordo est parium dispariumque sua unicuique tribuens loca dispositio sed in divinis non est distinctio locorum ergo etc. ¶ Item ordo contrariatur similitati. ergo ubi est ordo non est omnimoda similitas. et ubi non est omnimoda similitas non est perfecta equalitas. sed cum in divinis sit omnimoda similitas non est perfecta equalitas. ergo cum in divinis sit omnimoda et perfecta equalitas nullus est ibi ordo. ¶ Item si ordo est in divinis aut est quid essentiale aut notionale non essentiale quia ubi ordo ibi distinctio in divinis autem non est distinctio secundum essentiam ergo etc. non quod notionale quia idem est notio et proprietas. sed ordo nullius persone est proprietas. ergo etc. ¶ Item ubi ordo est ibi est dependentia et inclinatio nichil enim ordinatur ad aliquid nisi ad id habeat inclinationem. in divinis autem nulla est dependentia ergo ibi nullus omnino ordo. ¶ Item ordo presupponit numerum sed in divinis non cadit dicitur secundum numerum ut ostensum est supra ergo nec ordo.

¶ Responsio dicendum quod triplex est ordo. scilicet secundum positionem secundum successionem et secundum originem. ordo secundum positionem dicitur aliquorum. quorum unum est superius et aliud inferius et hoc potest esse dupliciter. vel in loco. vel in dignitate. et hic ordo non cadit in divinis. sicut ostenditur primario supra ab Eusebio. et supra ab Augustino. sic patet. ordo vero secundum successionem dicitur esse eorum quorum unum prius est aliud vero posterius. et dicitur hoc ¶ Ilusius. aut quia ante

cedit diuinitatem. siue tempore aut prius naturali et
intelligentia. siue cogitatione et hic ordo non est indi
uiduis sicut probat ratio tertia. quia hic ordo tollit
equalitatem et simultatem. quorum utrumque perfecte
sunt in diuinis. ordo autem secundum originem. siue secundum
emanationem. est producentis ad productum.
et hic dupliciter. uel secundum quod unum est ab alio essen
tialiter. et sic non est in diuinis sed solum in hiis
inferioribus. uel secundum quod unum est ab alio persona
liter tantum. et iste ordo solus est in diuinis. quia
ibi est ordo principii et principiati. siue produ
centis et producti. et hunc ordinem esse in diuinis.
probant rationes prime. Ad obiectum. iiij.
quod ordo non est quid notionale. nec personale.
dicendum quod non est notionale sed notione conuenit
dupliciter significare. aut sub propria ratione
ut cum dicitur generatio. aut sub communi ne
cessitate in qua conueniunt. ut cum dicitur ordo
principium. notio. proprietas. sicut individuum.
est communis intentio. et sub hac communitate non distin
guitur. tamen in suis inferioribus distinctionem sup
ponit. Ad aliud quod obicitur ubi est ordo ibi depen
dentia. dicendum quod ordo importat habitudinem
et quia habitudo uariatur ratione ipsorum
dicitur dependentia. ideo uariatur in par
tem dependentia. — In diuinis autem habi
tudo solum ponit comparationem et conexionem
et nullam dependentiam uel inclinationem. et cetera.
Ad aliud quod ultimo obicitur quod ordo presupponit
numerum dicendum quod sicut in diuinis numerus distin
guit a ratione numeri. quia ibi est distinctio
ypostasum tantum. et ordo a ratione ordinis
simpliciter quia quamuis sit ibi ordo non tamen
est ibi antecessio sed solum originis emanatio
uel aliter dicendum quod non semper presupponit distinctionem
secundum numerum nisi intelligatur de ordine
locali siue secundum positionem. nam ordo secundum
naturam et secundum naturalem intelligentiam atten
ditur inter superius et inferius inter que non
cadit numerus et ita patet illud.

Secundo queritur utrum in diuinis sit ordo nature
et quod sic uidetur per augustinum qui dicit in littera
quod cum dicitur filius a patre non dicitur
inequalitas substantie. sed ordo nature. Item
ubi est naturalis origo ibi est naturalis ordo
sed in diuinis est naturalis origo. ergo est naturalis
ordo. ergo est ibi ordo nature. Item ubi est
causa et effectus ibi est prius et posterius. sed
ubicumque hec ibi ordo nature. ergo cum in diuinis
contingat reperire causam et effectum sicut
dicit Crisostomus super principium ad hebreos et damascenus primo
libro capitulo viii. pater est causa filii. patet et cetera.
Contra cuicumque est ordo ipsum ordinatur.
ergo si in diuinis est ordo nature. natura ordinatur
distinguitur et numeratur. sed hoc est ergo indi

uiduis natura distinguitur et numeratur. sed hoc falsum.
ergo et cetera. Item idem est natura et essentia quia natura
nomen est essentie naturale sed in diuinis nullo modo
potest ordo essentie. ergo nec nature. Item ubi est
ordo ibi est prius et posterius. ergo si in diuinis
est ordo ibi est prius et posterius secundum naturam
sed hoc nullo modo recipitur. ergo nec ordo
nature. quod autem in diuinis non sit prius
et posterius secundum naturam ostenditur sic re
latiua sunt simul natura ergo pater et filius secundum
quod pater et filius simul sunt natura. sed pater secundum
id quod est. et secundum quod est pater simul est natura
quia relationes in diuinis non sunt adueni
entes. non tantum sunt ratio referendi. sed
etiam existendi. ergo pater et filius secundum suas ypostasis
simul sunt natura. ergo non est ibi ordo nature.
Item in causis creatis uidemus gradus quod
quanto substantia creata est uirtutis potentioris. uelocius operatur
unde quedam operantur in tempore. quedam repente.
quedam subito. et illa causa que operatur subito
aliquando non precedit tempore. sed natura. ergo cum
deus producit filium secundum omnem nobilitatem
conuenientie sue potentie et uirtutis potentie infinite ma
ior est quam finite ergo non tamen simul duratione. sed
etiam simul natura producit. ergo non est ibi
ordo nature. Item uidemus in cognoscen
tibus quod quedam habent suam cognitionem et cogi
tatione inuestigando. et prius tempore. et loquor
de actuali non de habituali ut anima humana
et quedam simul duratione ut angelus. ergo si dei
cognitio et dictio siue locutio non est accidens
sed multo nobilior et uirtuosior. deus omnis creature
habet uerbum intelligentie non tantum simul du
ratione. sed etiam natura. ergo et cetera. Pro dicendum quod
ordo dicitur equiuoce. dupliciter. aut sic ordinati. aut
sic ratio ordinandi. Ordo in diuinis sic ordi
nati. dicitur persone patris et filii. uel spiritus sancti.
sicut rationis ordinandi dicitur natura. et etiam dic
uim productam. sicut quod dicit philosophus. quod est uis in istis
rebus ex similibus similia procreans. In diuinis autem
est ordo secundum productionem. id est dicitur ibi ordo
nature. id est naturalis originis. unde genitiuus
ille non construitur subiectiue. sicut cum dicitur
albedo est qua ordo non ordinatur. uel ordo non est
illud quod ordinatur; sed exsecutio declarationis essentie
ut cum dicitur albedo claritatis. uel hoc auctoritas
ratio resoluitur in duos ut sit sensus ordo nature.
id est naturalis originis. ex hoc patet primum quod obici
ac si diceretur ordo esse nature ut rei ordinate. patet
etiam secundum quod essentia dicitur in absolutione
omnimoda non ut alterius principium. natura uero
dicitur ut alterius principium. unde dicitur comparatione
ad productionem siue emanationem naturalem.
Unde ulterius attendendum quod ordo secundum naturalem
originem in hiis inferioribus duo dicit. scilicet emanationem

et concessione. Ideo hoc est quia emanatio in his in
ferioribus ponit diversitatem substantialem. Unde omne
quod emanat in his inferioribus est effectus et
quod producit est causa. Et ideo dicitur causa id est ad esse sequitur
aliud. Et per consequens in natura. Ideo posterius in natura.
In divinis autem est emanatio ad quam non consequitur
essentie diversitas vel nature. Ideo nec prius
nec posterius natura. Sed similis natura. Et ideo in divinis
non accipitur ratio cause vel effectus secundum latinos. Sed
nomen principii. Quamvis greci extenso nomine utantur
nomine cause pro nomine principii. Et ideo in divinis
est ordo nature non quo alter sit posterius
altero. Sed quo alter ex altero. Et hoc est quod dicit
augustinus in littera. Et ex hoc patet quod secundo obicitur
quamvis enim in creaturis ponat ordo posterioritatem rei et
non tamen in deo. Et ideo quamvis non sit ibi posterioritas
non sequitur quin bene sit ibi ordo. Ex his patet
ratio obiecta ad utramque partem concedendum est
ergo quod aliquo modo reperitur in divinis ordo nature
sicut ostenderunt prime rationes. Et alia tamen
deficit. quia nomen cause non recipitur (vel capitur) in divinis
secundum latinos proprie. Quod obicitur ad oppositum patet quod
ordo non est nature ut rei ordinate. Patet etiam
quod obicitur de essentia. Quia est nomen absolutum
nec importat rationem originis. Ultimum pa
tet quia non est ibi ordo nature quo alter
prior vel posterior altero. Sed quo alter
ex altero.

In parte ista sunt dubitationes circa litteram
et primo dubitatur de prima ratione quam
ponit magister. *Omnia que habet pater filius habet.* Ergo quam
potentiam habet pater habet filius. Istud argumentum
non videtur valere. Quia mutatur quid in
quantum. Nam omnia distribuit pro substantia. Quantum
autem dicit quantitatem. Responsio dicendum quod quamvis talis
modus arguendi non valeret si differret quan
titas et substantia. Tamen ubi idem est omnimoda [...]
necessitate. Et quia hoc est in divinis. Ideo argu
mentum bonum est. Posset tamen dici quod predictum
argumentum in equalibus [...] modo est bonum. Verumtamen est
non dicit aliquis solum substantiam sed etiam contenta
[...]. Ergo sequitur cum omnia distribuat pro his
(habitibus) habitus quod habet et proprietates. Ergo cum nullam potentiam
habeat unus quam non habeat alter. Ergo nichil potest
unus quod non potest alter. Ergo si unus omnipotens
et alter. Item patet quod hic non est figura dictionis
quia omnia distribuit hic pro rebus omnium generum.

Item queritur de hoc quod dicit. *Non potest inequalis
qui accipit ei qui dedit.* Videtur enim dicere
falsum quia si hoc esset, omnis creatura sit ac
cipiens, nulla esset inequalis deo. Et hoc falsum. Ergo
et primum. Responsio dicendum quod augustinus non loquitur generaliter
de quolibet accipiente sive de quolibet modo sed de
eo qui accipit omnia. Et talis accipiens non potest esse
inequalis. Item queritur de alia ratione. *Si non potuit
ergo fuit impotens.* Videtur enim male arguere quia
similiter posset argui de filio et spiritu sancto, non po
tuit filium equalem producere. Ergo etc. Responsio
dicendum ad hoc quia non competit generatio nisi ypostasi prius
sicut alibi tactum est. Et ideo non valet nec est simile.

Item dubitatur de alia parte auctoritatis
quia illud argumentum non videtur valere. *Potuit pro
ducere equalem et non produxit sive genuit. Ergo
invidus fuit.* Quia similiter potest argui. Potuit istam
creaturam facere meliorem et non fecit. Ergo in
vidit. Si dicas tu quod invidia considerat semper
parem vel superiorem. Sicut dicit gregorius super illud
Job v. Parvulum occidit invidia. Obicitur tunc quia
si filium genuisset minorem non habuisset ibi
locum invidia. Ergo videtur quod ista solutio non solvit. Item
in creaturis non valet. Iste artifex potuit fa
cere istam rem meliorem et non fecit. Ergo fuit
invidus. Quare ergo tenet in deo. Responsio dicendum quod
invidia artificis producentis non attenditur
in productione rei inequalis vel minus bone nisi ubi
res de sui natura exigit talem esse. Tunc enim
necessario concluditur. Quia aut producens non
potuit aut invidit. Si potuit et non produxit quod
non fecit ut debuit. Et quia filius eo ipso quo filius
est natus est perfecte imitari. Sed si non genuit
filium imperfecta imitatione concluditur quod aut
producens impotens fuit aut invidit. Et ideo
patet quod non est simile de creatura et creatore ar
cha et artifice.

Item dubitatur de tertia
ratione quia facit. Si homo potest. *Potuit sibi
gignere filium equalem. Ergo deus.* Quia iste argumentum
non valet. Homo habet alium hominem sibi equalem
vel habere potest. Ergo et deus similiter. Cum deus de sua
nobilitate hoc habeat quod nullus potest ei equari. Et ita
videtur ratio augustini non valere. Responsio dicendum quod
si equalitas ponitur de necessitate in equalibus diver
sitate in natura quod tunc non valet. Sed supposito
quod et deus generet filium connaturalem sibi de necessi
tate sequitur quod si homo equalem genuit quod deus
multo fortius. Quamvis enim imperfectius sit equari
diverso in natura. Tamen equari eo naturali perfec
tionis est. Alioquin divina natura esset in
aliquo imperfecte quod si hoc est impossibile patet
etc.

Item queritur de hoc quod dicit. *Quantitatis equalitas
est qualis autem quantum.* Videtur enim dicere falsum
quia quale dicit qualitatem et secundum eam at
tenditur similitudo non equalitas secundum eam simile
vel dissimile dicitur. (quia spiritualium est quantitas) Responsio dicendum quod de equalitate est
loqui dupliciter. Uno modo prout dicitur de [...].
Alio modo prout dispositio est nobilitatis et secundum hanc at
tenditur maior et minor nobilitas et ita melior
res dicitur. Et quia in spiritualibus idem est maius et
melius. Ideo quando de equalitate sumitur ad
equalitatem non ex ipsa ratione nominis sed ex consequenti
ut visum est.

Hic oritur questio de expredictis trahens originem. Supra probavit magister equalitatem personarum. hic quia in probatione dubias quasdam rationes dixerunt propter exclusivas dictiones movet illas dubitationes et solvit. Et habet hec pars tres partes secundum tria dubia que proponit. primo enim querit de hac locutione tantus est solus quantum pater et filius. et habet primum capitulum. Secundo proponit hanc sive querit de hac solus pater est deus. et hoc facit secundo capitulo. Ibi postea [?] querit utrum sic dicatur solus pater etc. Tertio querit de hac trinitas est solus deus. et hoc facit tertio capitulo ibi. Sed iterum querit et non ipsam trinitatem. In qualibet istarum partium primo movet dubitationem secundo solvit.

Ad intelligentiam huius partis est hic quod de dictionibus exclusivis. et ideo hic principaliter querenda sunt duo. Primo querit utrum dictio exclusiva in divinis vere addatur termino substantiali. Secundo utrum vere addatur termino relativo. et quantum ad primum queruntur duo. primum est utrum dictio exclusiva vere exclusiva vere addatur termino substantiali a parte subiecti. Secundo si vere addatur a parte predicati. Quod autem vere addatur huic termino deus a parte subiecti ostenditur. hoc nomen deus habet ad proprium. Sed proprium est quod convenit soli. ergo etc. Preterea constat quod exclusio vere additur termino substantiali respectu predicati essentialis. Unde bene dicitur solus deus creat. ergo utrum vere addatur ei respectu predicati proprii sive relativi. utrum scilicet vere dicatur solus deus est pater. Et quod sic videtur per suam expositionem que est solus deus est pater. id est non alius quam deus est pater. ergo solus deus est pater. et quod sit ista eius expositio. hoc habetur ex Augustino et Hilario [?] et a philosopho. qui dicit quod solus idem est quod non cum alio. Item hec videtur convertibilis. quoniam iste due convertuntur nichil preter petrum currit. ergo solus petrus currit. ergo et iste due. nichil preter deum est pater. ergo solus deus est pater. Sed prima est vera. quia hec est falsa. nichil est pater. et non habet instantiam nisi in deo ergo etc. Item a quo aliquid removetur quod est in plus removetur id quod est in minus. Sed deus dicitur in plus quam esse patrem. ergo a quocumque removetur deus et pater. Sed quecumque sic se habent quod a quocumque removetur unum et reliquum unum precise predicatur de altero. non habet instantiam. ergo pater precise predicatur de deo. Sed si precise. ergo cum exclusione. ergo etc. Contra deus accidentalis implicat rem suam esse circa suum subiectum. ut patet cum dicitur solus albus currit. esse hoc terminum homo implicatur albedo. ergo similiter cum dicitur solus deus est pater circa deum implicatur solitudo. Sed hylarius dicit quod deus non est solitarius confitendus ergo etc. et ideo ista concludit quod non possit vere addi nec cum predicato proprio nec communi. Item ostenditur quod non possit vere addi respectu predicati communis. ut cum dicitur solus deus creat. hoc enim nomen deus

de se habet suppositionem quasi indefinitam respectu personarum. ergo reddit locutionem veram pro aliquo. Sed pro quolibet est falsa. Sed omnis est falsa. solus creat pater. ergo cum omne predicatum essentiale conveniat tribus et non soli uni nullo modo potest addi dictio exclusiva respectu talis predicati sicut communi. Item quod non respectu proprii videtur. quia si hec est vera solus deus est pater. ergo a simplici conversione et hec. solus pater est deus. Sed ista est falsa. ergo etc. Si dicas quod non convertitur simpliciter quod habet intellectum universalis negative et particularis affirmative et utraque convertitur simpliciter. ergo etc.

Respondeo dicendum quod hec dictio solus potest esse cathegorematica vel sincathegorematica. secundum quod est cathegorematica sic est nomen adiectivum. absolute ponens rem suam circa suum substantivum. et res sua est solitudo. Unde tantum valet hic solus quantum solitarius. et quia solitudo nullo modo recipitur in divinis quantum ad substantiam quia est substantia in multis personis. hec nomen solus non recipitur in divinis cum terminis substantialibus sicut ostendit prima ratio. Si autem accipitur in quantum est sincathegorematica. sic prout associationem et importat aliquam negationem et sic cum ad predicatum et substantiale et personale precise dicatur de nomine substantiali. sic vere dicitur in divinis et respectu predicati essentialis sive substantialis. ut cum dicitur solus deus creat. et respectu personalis. ut cum dicitur solus deus est pater. Ad illud quod obicitur de albo quod ponit rem suam esse subiectum ... dicendum quod non similiter. Dicendum quod hoc nomen solus tenetur sincathegorematice. quia albus est dispositio sibi absoluta. unde absolute ponit rem suam circa suum. Set solus nomen negationis non absolute. et ideo non ponit solitudinem sed privationem. Ad illud quod obicitur secundo quod terminus substantialis debet reddere locutionem veram pro aliqua persona. dicendum quod terminus cui additur exclusio respectu habet ad predicatum. et respectu habet ad exclusionem. et licet respectu predicati possit habere suppositionem personalem ut cum dicitur solus homo currit. tamen regula est apud sophistas. quod per comparationem ad dictionem exclusivam talis terminus habet suppositionem simpliciter. Unde nullo modo licet descendere. Et hoc est quod dicitur in libro de regulis fidei. quia dictio exclusiva facit exclusionem quantum ad genus rei. non quantum ad rem generis. quia ratione forme communis. que est genus rei non ratione suppositi que est res generis. Ad illud quod obicitur ultimo quod conversa est falsa. dicendum quod illa non est sua conversa. quia ista solus deus est pater. habet intellectum affirmative. scilicet deus est pater. et hec convertitur simpliciter et habet rationem negative huius. nullus alius a deo est pater. et hec similiter convertitur simpliciter. Sed hec non est conversa sua. nullus alius a patre est deus. Sed hec nichil quod est pater est aliud a deo. Item enim quod subiciebatur in prima debet predicari in secunda. et sic patet illud.

Secundo querit utrum dictio exclusiva vere

no^a. de CI^a (?) q̄ [illegible] trinitas & [illegible] vera [illegible] / & de [illegible] trinitas & una [illegible] solus deus

psit addi termino subali a parte pdicati. & q̄
sic ostendit hoc m. Au. vij. de trinitate patrē
dicim̄ ēē deū. & nō ēē solū dm̄. ēē autem
solum deū dicimus patre & filiū & spm̄ sanctū.
Et si tu dicas. q̄ .h. solum intelligit ex parte sbi.
obstat expressius p hoc qd dic aug. et mag. ipa trinitas
ē vnus solus verus deus/ constat. q̄ in hac sol'
dicit nō pot ēē dispō ex parte subi. quia sic ēēt
sermo incongruus. g̊. & c. Itē hec ipa ur
p expositione. trinitas ē deus. & nō aliud qua deus. g̊
trinitas ē solus deus. pmisse sunt ūe. g̊. & cōclusio.
Itē ratione uidetur psile. qn̄ predicatū
nō inest alij quā subiecto. uere. hec dictō sol'
accipitur ex parte subiecti. g̊ qn̄ sbm̄ nō sbē
alij quā predicato. ūe accipitur a parte pdicati.
& istud sbm̄ trinitas. nō sbest alij quā deo. g̊. & c.
Cont̄ h' dcō solus ē dispositio subi sic hec
signū omis. & qn̄ omis add ad predicatū lo
cutio ē fla & impa. g̊ silr qn̄ hec dcō solus.
Item hec dictō solus addita alicui t'mino ex
cludit aliū. vn̄ sens ē solus homo. i. hō & nō alī.
& alius respic̄ suppositū. & subicitur ratione
suppositi. & pdicatur ratione forme. g̊ hec dictō
solus de sui ratione respic̄ subm̄. g̊ flo & in
ppe additur pdicato. Itē sedm̄ q̄ additur
predicato. aut tn̄r cathe. aut sincha/. si cathe.
tuc ē nom̄ adiectiū & nō recipit induuinis.
si sincathe sic iportat negonē implicitā. set
negatio antecedit q̄ negat. g̊ necce ē q̄
antecedat compositionē quā negat. & cum
dicitur pat̄ ē solus deus. solus sequit̄ cōpom̄. g̊
uidetur q̄ nō possit ipam negare g̊. & c. Itē
ego quero quid excludit qn̄ additur ad pre
dicatum. si a predicato ut sit sns ē solus deus
.i. deus. & nō a. tuc ē ibi superfluitas quia forma
pdicati excludit aliā formā disparatam quantum ē.
de se. vn̄ sequit̄ iste ē hō. g̊ nō a ab hoie. g̊
videtur q̄ dcō exclusiua faciat superfluitatē &
nugōnē. nō g̊ tenet exclusiue. & ita ur q̄ te
neat adiectiue solū. & q̄ importet solitudinē
c'o istum tm̄ deus. & k sunt flo. Responsio ad
h' uoluerūt aliq̄ dicere. q̄ h' dcō solus ppe nō debz
addi ad predicatū & tantū ad sbm̄. & cū addit̄
pdicato impppe sunt locutores. & tō ppe
ē dicere solus trinitas. & tm̄ si aliqs inspiciat. nō
tm̄ cum hac dcōe solus. & etiā cum hac dictōe
tm̄ uidebit impperate & superfluitate. quid ē
ē dicere trinitas tm̄ ē deus. nisi ē deus. & nō a q̄ deus.
& hoc ipse satis dictū ē. quia hec ipo q̄ deus ē. ex
cluditur q̄ nō sit a. adeo. si enī ē deus. g̊ nō
ē aliud adeo. & nullus heretic' umq̄ dixit tri
nitatē ēē deum qui dicēt aliud ēē adeo.
& ideo non uidetur magm̄ quid aug. dicere si
h' uoluit dicere/ & ppea alit̄ ē dd. q̄ hec dcō sol'.
dupl'r pot addi termiō sbali/ aut ppe/ aut cū

Hic dcm̄

nō numerali sine. partitiuo/ ppe & ippe addit̄.
& si addatur sedm̄ uocem tam nō sedm̄ intel
lectū stat apte subi. Itē ē. ē dicere. hō albus.
ē alij hō. vn̄ sensus ē. non dm̄s patrē ēē
deū solum. i. nō dm̄s solum patrē ēē deum.
Si aute alter ponatur. ur sermo hre superflui
tate & impprietate. quia hec excludit q̄ exclu
debat ex na ipius pdicati/ aliqn̄ additur. & dcō
solus. termiō sbali cū termiō nūali. sicut cū
h' nō vnus. ē & tuc excludit pl'alitate. & hoc m̄ bn̄
addit̄ pdicato. & ita accipit aug. et mag. cū
dicit trinitas ē. vnus/ est solus. & pp̄ius. & ḡt heticos
qui dicebant trinitate plēs ēē dos. & i ptrāt
p istū tm̄ solus. puatio multitudinis & ita di
strectio./ & magis ppe dr de trinitate q̄ trinitas sit
vn' sol deus. quā de patre. cū tam possit dici
de utroqz. quia pr est vnus deus. & nullus umq̄
dixit patrē ēē plures. & de trinitate siue
de tribz. aliq dixerunt. & ideo congruentius dr
trinitas ē. vnus solus deus/ concedend' ē igit̄
q̄ solus pot addi ad pdicatū t'i subalis/ ue
induuinis. & nō ppe. nisi cū determinatione
& ad iunctione termini partitiui. Ad p̄ g̊
q̄ obicit q̄ solus ē dispō subi sic hec sign̄m oīs.
dd q̄ nō est ista q̄ ppa dispositio sbi. sic hec
sign̄m omis. quia omis distribuit p suppositis.
p quibz t'minus subicit̄. & nō p illis p quib
predicat̄. saltē simul sumptis. solus autē nō
solū dic̄ ratione suppositi. ūr etiā ratione
forme. quia excludit aliū. & etiā pot exclu
dere a. et p hoc patet sequēs. quia nō somp
excludit aliū masculū. & etiā pot excludere
a neutralit̄. ul' etiā pl'alitate. qn̄ additur
t'mino nūali ut visum ē. Ad i qd est vō
teneat sincha ul' put ē nom̄ iportans
forma de nominantē. ut ppe sit solus
q̄ solitarius. dd q̄ sicut/ & q̄ obicit q̄ sequit̄
compom̄. dd q̄ solus iportat duo intse. s.
relatm̄ hi nois ali. & intellectū negōnis. qntū
ad intellectū. ali. respicit tm̄ circa que pō.
& sequit̄ actū. qntum ad intellectū nega
tionis precedit. & hoc nō ē inconueniens q̄
ad diuersa precedere & seq. & hoc patet ex
ponenti. si. enī dicā video solū petrū. sns ēst
video petrū & nō uideo aliū a petro. sūr intelli
gendū ipposito. Ad i q̄ qr̄ q̄ excludit
cū addit̄ pdicato. dd q̄ qn̄ addit̄ sine deter
minatōe. excludit aliā formā. & tc ̄ reuera
ē ibi superfluitas & impprietas tam nichominus
ueritas. & qn̄ additur cū termiō partitiuo
tunc excludit pluralitate. & tuc pot locutio
hre ueritate. pr enī & filius sunt vnus
deus. & nō plures. & ita vnus solus deus.

Consequenter sedo loco ē qō de sedo articlo
qonis. s. ut dictō exclusiua possit addi t'io

in ver sol ds. ita q̄ nō ples. & tuc

v cathe

relatio / secunda hec questio continet duo: primo quare (?) ut dictio exclusiva addatur termino personali respectu predicati proprii.

¶ Secundo utrum vere addatur termino personali respectu predicati communis, ut vere dicatur solus pater est deus.

Quod autem respectu predicati proprii vere addatur, ut scilicet hec sit vera, solus pater est pater, videtur per Augustinum vii. de trinitate: in illa trinitate solus pater dicitur pater, quia nullus ibi nisi ipse est pater. ¶ Item hec videtur per expositionem quia persona patris est pater, et nulla alia est pater; ergo hec est vera, solus pater est pater. ¶ Item nichil est magis proprium alicui quam quod est idem sibi re et ratione; sed pater est idem sibi re et ratione; ergo propriissime dicitur de se. Sed quod proprium est alicui convenit soli; ergo proprie dicitur de solo patre. / Contra. Solus ut vult philosophus idem est quod non cum alio. Sed in personis est proprium non esse cum alio. Ergo semper quando additur hec dictio patri vel alii termino personali est locutio falsa. ¶ Item solus excludit aliud; sed alio est deus, alio est pater; ergo addita huic dictioni pater excludit deum; ergo si hec est vera solus pater est pater, et hec similiter deus non est pater; quod si hec est falsa, ergo et prima. ¶ Item solus includit hoc relativum alius; sed alius ita est relativum diversitatis quod nichilominus implicat aliquam comparationem; unde sequitur iste vadit cum alio homine, ergo iste est homo. Si ergo excludit alium ab eo hoc quod est pater, aut alium patrem aut alium deum; sed quocumque modo dicatur est locutio falsa et implicatio falsi; ergo etc. ¶ Responsio. Dicendum quod secundum quod hec dictio solus tenetur sincathegorematice importat privationem associationis et locutio simpliciter est vera, excluso illo sensu quo importat solitudinem, quod sic non accipitur in divinis sicut supra dictum est. Secundum enim quod importat privationem associationis vera est, quia cum tripliciter possit eam importare, in quolibet sensu locutio est vera. Potest enim hec dictio solus importare privationem associationis respectu forme, ut dicatur solus pater, id est ille qui est solus pater, et sic absque dubio veritatem habet solus pater est pater; vel potest importare privationem associationis respectu predicati, et hoc dupliciter: vel in comparatione, ut quod alii non conveniat, et ad hoc verum est, quia hoc predicatum quod est pater soli persone patris convenit; illa enim proprietas patri convenit et quod nulli alii; vel potest importare privationem associationis in comparatione, ut cum dicitur petrus comedit solus vel vadit Romam solus, non quia alius non vadit Romam vel non comedit, sed quia nullus comparatur cum eo qui participet; et sic ad hoc locutio est vera, quia persona patris non participat vel comparticipat cum alia in proprietate paternitatis. Et ideo secundum quod solus exclusive tenetur indicatur locutio vera. ¶ Ad illud ergo quod obicitur quod solus idem est quod non cum alio, dicendum quod nego illa non simpliciter excludit aliud in coexistendo, sed excludit aliud ratione forme sibi vel predicati ut visum est. Et quamvis pater cum alio existat et non possit sine alio esse, quia tamen proprietate paternitatis cum alio non communicat, ideo habet simpliciter locutio veritatem. ¶ Ad illud quod obicitur quod alio est deus, alio est pater, dicendum quod sicut dictum est sepe, alius dicit diversitatem secundum rationem dicendi vel intelligendi in verbo composito, sed in expositione huius dictionis solus dicit diversitatem sive distinctionem in supposito, et quia deus in supposito non differt a patre, immo supponit pro patre, ideo non sequitur quod dictio exclusiva addita patri excludat deum. ¶ Ad illud quod obicitur quod alius implicat formam aliquam secundum quam convenit, dicendum quod istud non oportet quod ista sit forma in comparatione (?). Vere enim dicitur homo est alius ab asino, nisi quando convenit illi dictioni immediate, ut cum dicitur alius asinus, includitur convenientia in natura generis. Sed cum dicitur solus pater, non est dicere quod pater et non alius pater, sed pater et non alius a patre, et ideo non importat convenientiam in forma proprietatis paternitatis cum alietate; sed sufficit quod sit alia persona, pater enim est persona vel etiam alia entitas, et illam excludit hoc quod est solus, et sic patet illud.

Secundo queritur utrum dictio exclusiva vere addatur termino personali respectu communis, ut vere dicatur solus pater est deus, et quod sic videtur auctoritate: auctoritate sic / Ecclesia cantat: tu solus altissimus Ihesu Christe. Et deo patri sit gloria eiusque soli filio; et consimiles multe inveniuntur. / Item Matthei xi.: nemo novit filium nisi pater, neque patrem nisi filius; ergo solus pater novit (?), et hoc predicatum est essentiale; ergo etc. ¶ Item ratione videtur quod dictio exclusiva addita alicui non excludit nisi alium; sed tres persone non habent alietatem respectu predicati substantialis; ergo addita uni non excludit aliam respectu talis predicati. Sed si non excludit, locutio est vera; ergo etc. ¶ Item dictio exclusiva addita alicui non excludit quod est in eo ut pars, ut addita Petro non excludit pedem Petri; ergo cum maiori ratione (?) sit filius in patre quam pes in Petro, addita patri non excludit filium. ¶ Contra. Nec pater solus nec filius solus nec spiritus sanctus solus deus est; ergo non vere additur respectu termini generis (?). ¶ Item omnis propositio in qua predicatum convenit (?) addita exclusione ad subiectum est falsa, quia nullum tale predicatum convenit soli (?); sed talis est hec et consimiles: solus pater est deus; ergo etc. ¶ Item dictio exclusiva addita alicui excludit omne id quod potest associationem cum eo; et hoc patet quia privat associationem; sed filius potest associationem cum patre, cum pater cum filio est pater cum alio. ¶ Item dictio exclusiva excludit omne quod est maxime oppositum; sed relativa sunt una differentia oppositionis; ergo addita uni relativo excludit aliud; ergo addita patri excludit filium; ergo hee omnes tales sunt false. ¶ Responsio

dicendum quod hic est duplex positio. quidam enim simpliciter
et sine distinctione concedunt has locutiones
solus pater est deus. et ratio eorum est quod dictio exclusi-
va addita uni relativorum non excludit
reliquum. et ratio huius positionis est. quia non excludit
quod consequitur ad terminum et intelligitur in eo.
ut addita homini non excludit animal. sed unum
relativorum intelligitur in altero et consequitur ad al-
terum. ergo addita uni non excludit alterum.
et si opponatur quod solus excludit opposita. dicunt quod
relativa et sunt dicuntur opposita. tamen sunt opposita secundum
quod ad idem comparantur. et sic addita uni
excludit. alioquin sequitur iste est tantum pater. ergo
non est filius. secundum quod ad diversa comparantur
sunt dicuntur contraria. et sic posito uno. ponitur et reliquum.
et ideo unum non excluditur ab alio. quia dictio
exclusiva et solum non excludit quod non necessario
concomitatur. Sed hec positio non videtur conveniens. dictio
enim exclusiva privat associationem. ergo exclu-
dit omne illud quod ponit esse ipsam associationem.
et ideo addita patri excludit filium. propter hoc
alia est opinio quod dictio exclusiva addita patri
excludit filium. et hec positio magis est probabilis.
secundum hanc positionem procedendo. distinguende
sunt huiusmodi locutiones. secundum quod distinguit
augustinus. et magister tangit. quia solus. potest facere
exclusionem respectu compositionis intellecte
circa subiectum. vel respectu compositionis principalis.
si primo modo tunc est sensus. solus pater est deus.
id est ille qui solus est pater. est deus. et tunc removet
forma termini subiecti ab aliis. non forma
predicati. et sub hoc sensu accipit augustinus. solus
spiritus sanctus est tantus quantus est pater.
et filius. si autem faciat exclusionem respec-
tu principalis compositionis locutio est falsa. et omnes similes
sunt false proprie loquendo. nisi addatur determinatio
ut arceatur exclusio. ut patet cum dicitur tu
solus altissimus ihesu christe. cum sancto spiritu etc.
Similiter deo patri eiusque soli filio. etc. et sic patet
primum. Ad illud quod obicitur secundo quod solus pater
equipollet huic. nemo nisi pater. dicendum quod falsum
est. quia nemo distribuit pro natura non pro persona.
solus autem additur termino personali. ideo exclu-
dit personam. ideo proprie loquendo. hec est falsa.
solus pater novit filium. quamvis hec sit vera. ne-
mo novit filium nisi pater. quia sensus est. nemo. id est
nulla natura nisi ille qui est eiusdem nature cum eo ut
pater. Ad illud quod obicitur quod dictio exclusiva
excludit aliud. dicendum quod excludit omne aliud
vel alium. quod non predicatur nec subicitur sed asso-
ciatur. sive sit aliud in forma sive in suppo-
sito. et quoniam pater cum filio respectu predicati
substantialis associantur. ideo respectu illius excludunt
invicem. et quia paris non associatur ideo non
excluditur. unde ... maior vel minor. nichil

facit ad exclusionem. sed ratio associandi vel
non associandi. et si obiciat quod addita diffinito
non excludit diffinitionem. et antecedenti non exclu-
dit consequens. breviter dicendum quod si consequens ita
sequitur. quod non ponat associationem. et diffinitio
non claudat intra diversum. tunc non excludit.
si vero aliter est. tunc excludit. et contradictorie
opposita implicantur in ante. unde hic im-
plicatur contradictio. tantum pater est. huic autem
positioni concordat augustinus qui negat hanc. solus
pater est deus. et consimiles.

In parte ista sunt dubitationes circa litteram
et primo dubitatur de hoc quod dicit magister. quod
proprie tota trinitas est solus deus. quia videtur
velle negare istam. pater est solus deus. sed hec
videtur esse vera per expositionem. quia pater est
deus. et non alius a deo vel aliud ergo etc. Item
predicatum quod dicitur de tota trinitate. non
potest esse nisi predicatum essentiale. ergo cum
solus deus sit predicatum essentiale. quia aliter
non diceretur de tota trinitate. et essentiale
predicatum dicitur de qualibet persona sigillatim.
ergo pater est solus deus. Responsio dicendum quod cum solus
deus per se additur ad predicatum. ita quod non intelligitur
a parte subiecti. improprius est sermo. sive dicatur
de trinitate tota. sive de patre. nec videtur dicere
augustinus. quod solus deus predicetur de tota trinitate
ita quod non de patre. sed in illis locutionibus soli
deo honor et gloria et consimilibus. solus deus non
accipitur pro unica persona excludendo alias
personas. sed pro tota trinitate excludendo alias
naturas. et magister ita accipit. ac si augustinus
dicere vellet quod hoc. scilicet solus deus predicaretur
de trinitate. et non de patre. sed ipse vult quod
supponat pro ipsa trinitate. pro patre vero si-
ne supponat. non tamen precise supponit pro solo patre.
et ideo augustinus concedit. quia sola trinitas est
solus verus deus. non tamen solus pater. unde
et magister non dicit quod pater non sit solus deus.
sed quod non precise deus. et illud manifestum est si in-
spiciatur qualiter solus debet addi ad predica-
tum. Item queritur de hoc quod dicit trinitate
dicitur deum solum quamvis semper sit cum sanctis.
cum inseparabilis sit a rebus aliis et intimus
omnibus propter quid magis dicitur esse cum sanctis
quam cum aliis. Responsio dicendum quod quamvis deus sit
in omnibus et cum omnibus. tamen specialiter dicitur esse
cum sanctis. propter effectum gratie inhabitantis.
per quam ipsi conformantur deo et filii
ei fiunt. unde proverbiorum viii. Delicie mee esse
cum filiis hominum. dicit sapientia dei. unde dominus
vobiscum dicitur hominibus. non bestiis. Item
queritur de hac locutione. Nemo novit fi-
lium nisi pater. quia cum nemo componatur
ex non et homo. ergo nemo idem est quod nullus

homo. sed d° exceptiua non excipit n° contentum subiecto. unde nichil est dictu. nullus homo currit nisi asinus. cum ergo pater non contineatur in suppone huius nominis homo. patet. etc. Si tu dicas quod ampliatur ex ui distributionis importata per istum terminum nemo. ultra quam ad homines. tunc ego quero pro quo stat. aut pro creato. aut pro increato. si pro creato. nulla est exceptio quia simpliciter. v. et preterea pater non est ibi contentum. si pro increato simpliciter et totaliter falsa. ergo per exceptionem non potest uerificari. si tu dicas quod pro utroque. quo potest hoc esse cum nichil habeant commune. et si habent esse. aut hoc quod est nemo. distribuit pro essentiis. aut pro personis. si pro essentiis. ergo non debet excipi pater. si pro personis ergo debet excipi filius et spiritus sanctus. alioquin locutio est falsa. Ad hoc dicendum quod nemo distribuit pro omni cognoscente siue hinc siue uita cognitiua. et distribuit nemo. non pro supposito tantum sed pro persona. unde pater non excipitur quia persona. set quia eiusdem nature cum filio. et ideo implicatur in illa exceptione filius. et spiritus sanctus. et ideo locutio habet ueritatem. uel dicendum quia nemo distribuit pro omnibus et nisi tenetur non exceptiue. sed aduersatiue. sicut dicitur .ij. thi. ij. ad nichil ualet nisi ad subuersionem.

Post predicta differendum nobis uidetur de nominum diuersitate. Superius egit magister de sacra trinitate secundum quod catholice creditur et intelligitur. in hac parte agit de ea secundum quod credita et intellecta per certos sermones exprimitur. Unde sicut ipse magister dicit in littera intendit. scilicet agere de nominum diuisionum diuersitate. et hec pars habet duas partes. In prima parte determinat de nominibus diuinis in generali. In secunda in speciali. ibi. d. xxij. Predictis tamen addiciendum est quod cum omnia nomina. etc. prima pars diuiditur in duas. in prima parte ponit magister multiplices nominum diuinorum differentias. In secunda omnes reducit ~~adducit~~ ad duas per illud boecij. in li. diuisionum quod omnis diuisio est bimembris uel ad bimembrem reducibilis et hoc ibi. Dicendum est igitur quod illa que proprie pertinent. Item prima pars diuiditur in duas. In prima ponit magister differentias nominum diuinorum secundum aug. et secundum ambrosium. In secunda ad maiorem explanationem superaddit alias tres differentias. ibi. ij. ca. Huius addiciendum quedam nomina etiam esse. etc. similiter secunda pars in qua reducit. scilicet in libro adduo. habet duas partes. In prima ostendit quod nomina in diuinis. quedam dicuntur relatiue. et hec pertinent ad personas. quedam ad se. et hec dicuntur de omnibus simul. In secunda ostendit. hoc esse. ibi. Ut est non est magnus ea magnitudine.

Ad intelligentiam eorum que in hac parte dicuntur de nominibus diuinis quattuor queruntur. primo queritur utrum deus sit nominabilis. Secundo utrum uno solo nomine uel pluribus debeat nominari. Tertio supposito quod plura sint nomina diuina quare utrum omnia dicantur translatiue aut etiam quedam dicantur proprie. Quarto uero nomina dicta de deo dicantur secundum substantiam. an etiam aliquo alio modo.

Circa primum quod deus sit innominabilis ostendit auctoritatibus et rationibus. et auctoritatibus sic. dyonisius de di. no. deum neque dicere neque intelligere possibile est. et ideo dei neque nomen est neque uerbum. non ratio. neque opinio. neque fantasia. ergo deus omnino est innominabilis. Item philosophus in libro de causis. prima causa superior est omni narratione. sed quod est superius omni narratione est inenarrabile. et omne tale innominabile. ergo etc. Item ratione ostenditur sic. nomen proportione et similitudine aliqua habet ad nominatum. ut uox ad significatum. sed deus est infinitus omnino. uox autem omnis finita. ergo cum nulla sit proportio nulla per uocem erit expressio. ergo nec nominatio. Item omne nomen imponitur a forma aliqua. sed in deo non est ponere aliquam formam. unde aug. deus qui omnem formam subterfugit intellectum. proinde esse non potest. ergo etc. Item omne nomen significat substantiam cum qualitate. sed in deo est substantia mera. sine quantitate et qualitate. ergo non conuenit deum significare per nomen. Item quod nec per pronomen. pronomen enim non habet significationem determinatam nisi per demonstrationem uel relationem. demonstratio autem fit mediantibus accidentibus que possunt oculis conspici. sed hec non sunt in deo. ergo ~~ne~~ uidetur quod dei non sit nomen neque pronomen. Contra in psalmo. deus ~~cuius~~ nomen illi. et iterum. quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. ergo deus habet nomen. Item dyonisius. fecit librum de diuinis nominibus. aut ergo deus est nominabilis. aut scientia ibi tradita cassa est et inutilis.

Item ratione uidetur quia omne quod se exprimit. uerbo potest se exprimere signo uerbi. sed signum uerbi est uox. ergo cum deus se suo uerbo exprimat potest ~~exprimi~~ exprimi uoce. sed quod potest uoce exprimi potest nominari. ergo etc. Item quod contingit intelligere et cogitare. contingit significare. siue enunciare. sed contingit deum a nobis cognosci et cogitari hoc certum est et superius probatum. ergo etc. Item quod conuenit laudare conuenit et nominare sed deum conuenit laudare immo ipse est summe laudabilis. ergo et nominabilis. Ad hoc dicendum quod sicut intelligere dicitur dupliciter. sic effabile et nominabile. uno enim modo intelligere dicitur per perfectam comprehensionem. alio modo per omnimodam plenam cognitionem sic effabile dupliciter dicitur. uno modo per perfectam expressionem. alio modo per omnimodam plenam narrationem sic etiam nominabile. Et dicitur effabile. siue nominabile secundum perfectionem expressionis. sic dicendum quod sicut deus sibi soli est effabilis et intelligibilis. sic sibi soli est et nominabilis. non alio nomine quam ipse sit. nec alio uerbo quam ipse sit. et sic nobis est incomprehensibilis. ita et ineffabilis. Ita etiam et innominabilis. et per hunc modum loquuntur dyonisius et philosophus. Secundo modo dicitur effabile. et nominabile secundum qualemcumque narrationem. et per eundem modum deus est nobis cognoscibilis. ita et effabilis. et nominabilis. et qui melius cognoscit

deorum. deo importat complexum representatiue.
nomen. nomen importat refferentiam cum expressione.
uerbum. uerbum importat expressionem cum quadam emanatione.
ter. importat expressionem cum limitatione.
quo differunt. dicendum

In deo ergo considerandum: substantia. ratione substantie non est nominatiua. influentia. ratione influentie est nominatiua. perfectionis. ratione perfectionis est nominatiua sed modo quo ratione

melius efficitur et melius nominatur et exprimitur. unde expressius nominat fidelis et scriptura que fidei suffragatur ut sacra scriptura quam ratio vel philosophia. et hec non procedunt rationes et auctoritates ad secundam partem. ¶ Ad illud quod obicitur de duobus exemplis. Iam patet. Solutio per hoc quod loquitur de nominatione in qua est perfecta expressio. ¶ Ad illud quod obicitur quod vox interior est proportionalis verbo interiori sive signato. dicendum quod hoc intelligitur de nominatione que totam rei significationem includit. aliter non habet veritatem. nisi intelligatur esse proportio ad rem sub ratione cognoscendi. et sic potest esse nominabilis. quamvis est deus sit infinitus tamen finite cognoscitur a nobis. ¶ Ad illud quod obicitur. quod dicitur non habet formam dicendum quod non habet formam propriam unde intellectus cuius modi est forma cum est ymago insensibilis habet tamen formam quia ipse est forma que est ratio cognoscendi quam et si ipse non cognoscam in se. ipse cognoscet se in se. eius enim in forma creata. unde a forma creata ipsi nomina imponimus quia intelligimus creatorem. ¶ Ad illud quod obicitur quod nomen significat substantiam et qualitatem. dicendum quod substantia et qualitas sunt forma non accipiuntur ibi proprie sed communiter. substantia dicitur quod cognoscitur. qualitas dicitur quo cognoscitur. et hoc per modum quietis et hoc dico propter verbum. participium et adverbium. quod est dispositio ubi circum incenturis ut plurimum differentia quod cognoscit et quo. ideo nomen incenturis. ut plurimum habet importat per diversitatem. ¶ Unde ideo non idem enim est cognitium et ratio cognoscendi quantum est de se. ideo significat nomen divinum illa duo per indifferentiam secundum rem. et tamen salvatur ibi ratio substantie et qualitatis ut congruit nomini.

dicentem privationem ut cum dicitur symitas
est curvitas nasi. et tunc non significatur substantia
vel aggregatum ex diversis. quia quod ponitur in obliquo
non venitur etiam de necessitate. ulterius
differentia privans non ponit aliquam compositionem sive ap
positionem. et talis est differentia ratio. Nam hoc quod est ra
tionalis cadit in obliquo et hec differentia individua
non ponit sed privat. sed hec responsio non potest stare.
primo quia quod diffinitur per obliquum aut
diffinitur sicut actus per subiectum aut sic per rem
eiusdem generis sed sive sic sive sic ibi est additio.
Nam diffinitiones accidentium sicut dicit philosophus sunt
ex additamento. similiter si per rem eiusdem generis tunc
ergo ut est oculta. vero dicitur tota cum sit
pars diffinitionis ergo necesse est in quod apponitur
aliquid addere sive sit in recto sive
in obliquo necesse est dicere aggregationem et propter
hoc ~~dic~~ dicendum aliter quod hec ratio intellecta de
persona creata est notificatio dicens aggregationem.
intellecta autem non dicit aggregationem. ~~[illegible]~~
secundum rem. sed secundum intelligendi rationem que
tamen non est vana. eo quod omnia que dicuntur in re
persone inveniuntur in deo. licet non per diversi
tatem et hoc quod potest intelligi sic. increa
tum specificato per additionem completum est.
individuato per additionem sive appositionem
contrahentem. in deo cum dicitur substantia individua
supra naturam in deo necesse est esse composita
persona increatura sed in deo est individuato
vel distinctio per solam originem. et quia persona
oritur se ipsa ideo nulla est ibi divisio addito

¶ Respondeo quod persona accipitur
- pro substantia. ut est deus pater est persona.
- pro supposito. ut est deus. alia est persona patris alia filii.
- pro proprietate personali. ut est deus pater differt ab alio in persona.

s3 plurificatio et per plurificationem distinctio
et indiuiduatio et ideo nec indiuidua addit
super substantiam nec substantia super naturam ideo uere
dicitur et una est ratio intelligendi et notifica
tio trium personarum diuinarum nec significant in ea
aliqua que uim tenet rationem cuiusdam notifi
cationis. et cadit a ratione diffinitionis quia
nec deus nec diuina persona est diffinibilis et tamen
cognoscibilis et notificabilis. ¶ Ad illud quod obicitur
de dauid potest dici de membris dd quod rationale
dicitur uno modo quod habet potentiam discernendi bonum
a malo. uerum a falso. et sic deus et creatura .g.
alio modo quod habet potentiam discernendi per inquisitionem
et collationem et discursum et hec est anime coniuncte
et sic dicta talis. primo modo ponitur
in diffinitione s3 secundo modo obicitur. ad aliud quod obicitur
quod substantia indiuidua dicitur recto dicendum quod
numeratur sicut persona. nam sic dicitur an
sel. plures substantie sunt indiuidue sic plures
persone. ¶ Ad illud quod queritur utrum hoc nomen
persona stet pro essentia aut pro ypostasi consueuit re
spondere primo modo sic quod substantia stet pro essentia. et si
tu obicias quod illa non diuidatur dicitur quod
differentia adueniens respicit substantiam ratione suppositi
non ratione forme ut patet quod dicitur animal
indiuiduum. s3 hec responsio non uidetur conueniens quia
hoc nomen substantia secundum quod stat pro essentia non supponat
personam. unde hec est falsa essentia generat. et hec
similiter substantia generat secundo modo dicitur quod substantia ibi tan
ualet quantum ypostasis nec est nugatio. sed
indiuiduatam attenditur in persona quantum
ad triplicem incommunicabilitatem. scilicet per predicationem.
et hec conuenit ypostasi et per compositionem quia
non est alteri componibilis. et per unionem put
aliquid unitur digniori. tertia dicta indiui
dua dicit istas duas incommunicabilitates. unde patet
quod non est ibi nugatio patet etiam quod diffinitio
est conuertibilis per istam duplicem incommunicabili
tatem excludit animam ipsius que est alii componibilis
et humana natura in christo que est unita di
gniori s3 tamen est s3 rationabilis. sic dictum
adhuc restat questio de ypostasi quia ypostasi
sis est substantia indiuidua quare similiter quo acci
pitur ibi substantia et non potest accipi pro essentia nec
ypostasi. propter hoc dicitur tertio. quod hoc nomen
substantia stat ibi secundum quod substantia diuiditur in
substantiam primam et secundam et in quantum communitate
ad substantiam uniuersalem et particularem et illud
colligitur ex uerbis boetii quando uenit ad
diffinitionem persone per predictam diuisionem
substantie ut ibi patet. unde hoc nomen indiuidua
coartat illam indifferentiam illius nominis ut stet
pro substantia prima et sic non est ibi nugatio nec sube
cous indiuiduato. ¶ Ad illud quod ultimo queritur
de assignatione diffinitionum dicendum quod persona

quod persona diffinitur ab alberto sic persona est rationalis
nature substantia indiuidua. ¶ A ricardo sic persona est in
tellectualis nature incommunicabilis existentia. diffinitur
etiam alio modo sicut persona est existens per se solum
iuxta singularem quendam rationalis existentie modum
a magistris diffinitur sic. persona est ypostasis distinc
ta proprietate ad nobilitatem pertinente. et
notandum est quod differentia harum diffinitionum
quod boetius magis considerat rationem rei.
magistri uero ad rationem translationis dif
finitiones uero ricardi. sicut persona proprie est in diuinis
perspicue. s3 una est propria assignatio. alia
uero diffinitionis boetii expositio siue cor
rectio possit tamen dici quod omnes idem dicunt dif
ferunt tamen secundum modum dicendi quia diffinitio
boetii fuit data et uidebatur deficere ricardus
ideo posuit ricardi. alia magistri per propria uerba.
et sic usque ad quartam.

Secundo queritur de secundo articulo. scilicet de com
munitate huius nominis persona et circa hoc queruntur
duo primo queritur utrum hoc nomen persona sit uere
commune pluribus in creaturis. secundo utrum sit uere
commune personis creatis et increatis. quod autem sit
uere commune pluribus increatis ostenditur per
augustinum vii. de trinitate ideo inquit dicuntur tres
persone quia commune est eis quod est persona s3 constat quod
ad plurificationem non sufficit communitas nominis so
lum ergo uere est commune secundum rem. ¶ Item hoc idem
uidetur ratione quia omne nomen quod recipit
super se signum distributiuum est uere commune
ad tres. dicitur enim quelibet qualibet persona re
fert. ¶ Item omne quod secundum eandem rationem
dicitur de pluribus est uere commune ad illa.
s3 persona est huiusmodi quia secundum idem nomen et eandem
rationem. scilicet pre assignatam dicitur de tribus
ergo et cetera. ¶ Item cum dico pater est persona hoc
nomen persona predicatur aut ergo tamquam ens de
ratione patris aut tamquam accidentale sibi
conueniens constat quod non tamquam accidentale
ergo tamquam ens de ratione patris aut ergo
dicit totum quod est pater aut non. si totum ergo
sicut pater predicatur de solo patre et per quod
filius est ergo non dicit totum. ergo in plus est hec persona
quam pater. in plus quod est de ratione patris. et
similiter de ratione filii ergo est uere commune
contra omne commune ad aliqua que numerantur
in illis est uere uniuersale ad illa maxime si non
dicitur accidentaliter de illis hoc pater quia
augustinus dicebat super .d. xviii. quod non est ob aliud
essentia non est uniuersale nisi quia non numeratur
siue plurificatur in illis ergo est uniuersale ergo
indiuiduum est ponere uniuersale quod est contra
predeterminata. et augustinus. qui uult quod indiuiduum
non sit uniuersale nec particulare. ¶ Item
nichil est commune quod de sui ratione et

noie p̄uat coītatē. ℥ p̄sona dicit indiuiduū
siue icoicā de mult̄ sīu noīs g°. ic. ¶ Jtē
omē q̄ dicitur sc̄dm subam ee coē dr̄ s̄m
subam commune. ℥ nich q̄ dicit s̄m subaz
commune plificat g° p̄sona nō plificatur
℥ constat qd̄ plificatur. ttm̄ dicitur s̄m
subam g° nō dicit q̄ coē. ¶ Jtē si dicit q̄ coē
aut noīs tantū aut noīs 7 rationis tantum
aut noīs 7 rōis 7 rei. si tantū noīs g° ē eq̄
uoc. g° nō ē comune si tantū noīs 7 ratio
nis ita q̄ nich ē coē rēi g° ē uanitas solū.
Si uero noīs 7 rei ℥ coītas real' ut uult dam̄,
nō ē nisi qītas subē 7 7 hec nullo m° plificat
g° hoc nom̄ p̄ nullo m° pōt ēe coē. ¶ Pro ad
predictorū intelligentia ē nōd q̄ p̄sona absq̄
dubio ē coīs tribz 7 ecentia coīs ℥ tm̄ alius mod'
coītatis ē in ecentia 7 p̄sona 7 hī sig̃ ē quia
plurificatur p̄ 7 h' nō comus dīā ā harum
coītatū differt accipit aduersis. Quidā ē
dicunt q̄ dupp̄ conting' aliqd ē coē. s. sc̄dm
pōm. 7 s̄m p̄uationē. s̄m positionē ut al' ē coē
ad hominē 7 asinū. sc̄dm p̄uationē ut nō
al' ē coē ad lapidē 7 lignū. 7 dicunt q̄ coītas
s̄m pōm ē in n̄ 7 ecentia 7 7 hoie hoc significa
te. Coītas uō s̄m p̄uationē ē i p̄sona. quia
dicitur p̄sōa. q. icoicabil'. s. s̄m p̄uationē
coītatis. alij dicūt q̄ duplex ē coītas qdam
s̄m unitatē nature absolute qdam s̄m si
militudinē hitudinis op̄ate. coītas s̄ unita
te nature absolute ē humanitas respectu
pet̄ 7 pauli. q̄ una natura uniuersal' re
peritur i utroq̄. coītas uō s̄m silitudinē
hitudis relate ē illa q̄ attendit̄ i 9similī
coparitate. sic modus regendi ē coīs nau
te ad regenda naue 7 doctoris ad regendas
scolas. quia utq̄z debz ēe nō sorte. ℥ arte
pitus. 7 primus quidē modus attenditur i cen
tia. Scdʒ uō attenditur i p̄sona. sīa p̄sōa dr̄
q̄ p̄etas distincta 7 ita dicit hitudinem ad pro
prietatē que consimil' ē in qualibz p̄sonaꝝ
nō dicit quantū ē de se una forma n̄alez
nisi i obliquo. ℥ ecentia ul' suba dicit formā
naturā absolutā in qua conueniūt. ¶ Aly di
cunt 7 ēo m° qd̄ duplex ē coītas rei. s. 7
rationis. Rei sicut uniūsale ad singularia.
rationis uero sicut aliqua intentio accep
ta ab aīa. sc̄dm consilem mod' accipiendi.
7 sic hoc nom̄ indiuiduū ē commune sc̄dm
rationē ad petrū 7 paulū. p̄mo m° dicunt
ecentiā ēe communem. 2° cdo m° dicit ēe
commune p̄sonam. quia hoc dicit p̄ indi
uiuis. q̄ indiuiduū incertum is. oīs aut
isti modi dd̄i. si diligentius attendam con
uenientes sunt. 7 supra sic ex significatio
hī noīs q̄ est p̄sona. siue ex distinctione

p̄. p̄ ē. dicit icoica. sc̄dm rationē. 7 hec dic
p̄uatione coītatis p̄ ulteri' quia icoicabi
litate hī ratione ei' q̄ sub ē 9 p̄etati disti
guēti dicit hitudinē ad p̄pietatem sic per
nom̄ ypostasis. ¶ Rursus ex hus habetur
q̄ p̄sona pōit circa suppositum de quo dr̄
intentione subiciendi 7 nō predicandi
de pluribz 7 ita patet qd̄ de ratione sui
noīs importat p̄uatione hitudinis et
intentione rationis. 7 quia coītas eius
accipitur sc̄dm rationē noīs. ideo impor
tat coītatem. s. p̄uationē 7 p̄portione
siue analogia 7 ratione. tm̄ int' oīs
hos m°s modi' mag' accedit ad naturā rei.
quia reuera p̄uatio illa i p̄sona magis ē
p̄ qua p̄uatio 7 rursus noīs intentio fu
damentū i radice hī inre. 9cedende igr̄
sunt rationes q̄ p̄sona dicit coē i diuinis
¶ Ad i g° q̄ obicitur q̄ plificatur. ¶ Jam
patet. Pro quia uniūsale dicit coītatem
s̄m pōm. 7 s̄m unitatē nature 7 s̄m rem
ē nō solum s̄m rationē 7 q̄m p̄sona hoc
modo nō importat coītatem. Jdeo nō est
uniūsale nichominꝰ tm̄ ratio nō ualet
quia uniūsale plurificatur s̄ q̄ uere muat
p̄ uera additionē. p̄ quia contrahit ad i
diuiduū ℥ h' p̄sona nō addicit sup̄ p̄sonā
qm̄ ut p̄dictum ē non ē distinctio indiuis
p additionē ℥ p originē. Jdeo p̄sōa nec ue
niunt nec trahitur i parte illo m° q̄ulē.
¶ Ad i q̄ obr̄ q̄ p̄uat coītatē dd' q̄ illud q̄
priuat coītatem nō ē coē s̄m illā coītatē
quā p̄uat. ℥ p̄ priuat coītatē rei. ℥ nō
coītatem rationis 7 s̄m illā nō ē coīs ℥
s̄m coītatē rationis. ¶ Ad i q̄ obicit qd̄ ē
coē 7 dicitur s̄m subam commune dd' q̄
hic ē accidens sicut hic iste ē albz 7 est
monach' ergo ē albz monach'. quia alia raz
de notandi importat iste tminus albus i
p̄missa 7 in conclusione sic recte dd' deꝫ
tmino commune quia p̄us sc̄dm hitudinē
po sc̄dm nature unitatē accipit qd̄ qr̄
aut ē coītas rei. aut rationis aut noīs. dd'
q̄ omibz hiis modis ℥ coītas rei aut rōis
aut noīs. dicendū q̄ omibz hiis modis ℥ coi
tas real' duplex est sicut uisū ē. s. s̄m
nature unitatē 7 sc̄dm simile hitudinē
7 p̄mo m° loquit̄ dam̄. 7 ideo patet cetā.

Secundo qr̄
Utrum hoc nom̄ p̄sōa sit coē increatis p̄
creatis 7 increatis 7 q̄ sic uidetur q̄
eadem ē ratio 7 idem nom̄ p̄sone s̄m qd̄
dicitur de hiis 7 de illis. ¶ Jtē hoc uidetur
quia p̄ coītas est 9similī hitudinis. ℥ cōsilis
habitudinis. ℥ consilis hitudo que reperitur

in deo reperit increatum. quia sicut patet est suppositum divine nature et non potest humane. ergo etc.

Item complementum rationis persone consistit in incommunicabilitate. sed incommunicabilitas communis est personis divinis et increatis. ergo etc. Contra deus et creature summe distant. ergo nichil habent commune. ergo nichil univoce. Item persona est substantia. ergo que univocantur in persona univocantur in substantia. sed creator et creatura non univocantur in substantia quia nec deus est in genere ergo nec in persona. Item que univocantur in aliquo equaliter sunt in illo. sed nichil participat equaliter deo. ergo hoc ipsum quod est persona non dicitur univoce de deo et creatura. Queritur ergo de quo per prius dicatur persona. et videtur quod per prius dicatur de creatis quia inde translatum est ad divina. sed contra natura intellectualis et substantia et distinctio per prius est in deo quam in creaturis et non sunt plura de ratione persone. ergo etc. Responsio dicendum quod hoc nomen persona sicut universale est pluralium non dicit nisi communitatem habitudinis super quam fundatur communitas rationis quam ergo consimilis similitudo reperitur in personis divinis et creatis. hinc est quod hoc nomen persona non dicitur equivoce sed analogice. sed attendendum est quod communitas habitudinis potest esse per respectum ad res eiusdem generis. et tunc est univocatio et analogia secundum equalitatem ut petrus est individuum et paulus et equaliter eis convenit ratio individui. potest etiam esse per comparationem rerum diversorum generum ut petrus et albedo petri in hoc quod est esse individuum univocantur. et per prius convenit ratio individui petro quam eius albedini. Contra dicendum quod hoc nomen persona dictum de personis divinis. et quia dicitur secundum comparationem rerum eiusdem nature. ideo antonomastice dicitur et equaliter. et ideo quedam modo univoce. aliter cum dicitur de personis creatis cum autem dicitur de personis creatis et increatis dicitur per comparationem rerum diversarum naturarum et ideo per prius et posterius. et sic per prius dicitur de personis creatis secundum nomen. sed secundum rem nominis per prius dicitur de personis increatis. et quod queritur utrum persona sit communis personis increatis et increatis dicendum quod si dicatur communis univoce non. et rationes ad hoc concedende sunt. Ad illud ergo obicitur quod eadem est ratio etc. dicendum quod non est eadem ratio nisi secundum anologiam quia longe nobilius et aliter est natura intellectualis et per se existens et distincto et perpetuitas in deo quam in creaturis.

Ad illud ergo quod obicitur quod est habitudo consimilis. dicendum quod non est similitudo equalitatis. et propterea talis similitudo non facit univocationem sed anologiam solum. Ad illud quod obicitur de incommunicabilitate dicendum quod non est pura privatio immo importat distinctionem et est alia ratio distinguendi distans multum ab ista sicut in deo et hoc non tantum secundum rem immo etiam secundum rationem rectam intellectus non attribuit deo modum distinguendi qui competit compositis ideo

in eo ratione univoce est sed solum anologum.

In parte ista sunt plures dubitationes circa litteram. et primo de hoc quod dicit magister. dicimus quod tres persone sunt. id est tres subsistentie. quia quamvis dicat Boetius in libro de duabus naturis et una persona christi assignans differentiam inter subsistere et substare quia subsistit illud quod indiget alio ut sit. substat vero quod secundum alius ut esse valeant sub ministrat. videtur ergo quod subsistere idem sit quod esse et subsistentia idem quod essentia. ergo nullo modo potest dici quod sunt plures subsistentie. Responsio dicendum quod boetius accipit ibi hoc nomen subsistentia secundum marcum tullium et ut accipit significationem ab actu sistendi sive per se standi et sic una est tantum subsistentia. sed nunc doctores sicut frequenter accipiunt prout magis importat respectum ad proprietatem cui sub est et sic plurificatur. ratio autem huius est communis usus quia accipiunt substantiam pro re ideo pro supposito magis voluerunt accipere subsistentiam. Item queritur de hoc quod dicit. quod tres persone sunt esse una essentia vel eiusdem essentie dicimus non ex eadem essentia. videtur enim falsum quia pater generat filium de sua substantia et spirat spiritum sanctum ergo videtur quod omnes persone sunt de eadem essentia vel substantia. Item queritur quare non conceditur ista quod persone sunt ex eadem essentia sicut conceditur ista quod sunt eiusdem essentie. videtur quod deberet concedi. quia ex dicit indivisus habitudinem originis et taliter genitivus originem importat. Si tu dicas quod propter transitiones quia persone sunt transitive. ita et obliquus casus. sunt transitivi. preterea hec recipitur persone sunt in eadem essentia et tamen hec quod dico. in. est prepositio. Responsio dicendum quod quando aliquid comparatur ad aliquid ut informans sive denominans non propter hoc diversitas sive distinctio unius ad alterum. sic est comparare deitas ad deum. quando modo comparatur ad alterum sicut principium ad principiatum et sic de necessitate importatur distinctio. quoniam igitur hec prepositio ex. importat habitudinem cause vel saltem principii ideo de necessitate dicit distinctionem inter extrema. et ideo hec non potest esse vera. quod persone sunt ex eadem essentia sed quia genitivus non tantum construitur in ratione principii immo ex in declarationis essentie cum dicitur mulier egregie forme ut dicit priscianus. Ideo cum genitivo hec est vera tres persone sunt eiusdem essentie. Item queritur de hoc quod dicit. tres res et accipitur hec ab augustino in primo libro de doctrina christiana. videtur male dicere tres res. quia res est nomen absolutum essentiale. ergo videtur quod si aliquis dicat in divinis quod dicat essentia sive substantiam. ergo sicut nullo modo recipitur tres essentie. ita nullo modo debet recipi tres res. Si tu dicas quod recipitur tres entes. sed non est simile quia ens est participium et ita trahit numerum aliunde et non numeratur secundum formam propriam entitatis. res autem non est nomen substantivum. Si tu dicas quod res non dicit nisi

forma aperte aie ul' istud nom impositu e
aparte aie hic nich e quia illa sut noia inten
tionu tres diuiditur q' intentione. Pro dd'
q vnaqueq3 res pot considerari tripl' aut
sm pprietates quas h' in ppa na aut sdm mod
p qua sit apt' intell' aut sdm pprietate gnale
que ei ex accidentibz aie qui sunt subicere et
predicare et cpone et diuidere sm q' hanc
triplicem acceptionem rei triplicat noiam.
vno m p nom q indicat existentia apte sue
nature sicut dicitur album et nigru et h' alio
m sm q aia accip. et sic quia aia accipit p
modu entis noiat h' uocabulo res vnde
res dicitur q aia cogitat ut existens in
na alio m contingit noiare p intentiones
sus sicut dicit' genus spes subm. et pdicatu.
Cum igit' h nom tres dicit. q. medium int'
nom qd dicit re forma n' et nom q dic sc'a
intentiois. Ideo no tantu essentie q3 etia
psonis et ideo res tres dnis tres psonas non
sic tres essentias. et huic signi alludit ipm n'
res enim dr a reor. reris. q dicit actu apte
aie et alio m res uenit ab h' q e ratus. qd
stabilitate apte nature. et sic res dicit stabi
litate siue ratitudine ex parte entitatis et
sic patet oba quia vno m e nom nature.
alio m e nom rationis. Inde querit' de h'
uerbo Jo. Non enim prorsus aliquis inuenita
re gradus. Videt' e dire q' i q dicit aug. ix.
confess. pat' et filius no differunt suba. s3 ca
et gradu. Item in diuinis e subsistentia ergo i
est sub. s3 sub dicit' relatiue ad supius. g' est
ibi sub. et sup g' inferius et superius ergo igt'
Inde ubicumq3 e auctoritas et subauctoritas
ibi e gradus s3 licet e i patre et filio. g' etc.
Pro dd' sicut dic. glo. exo. xx. no ascendes
p gradus ad altare. et cetera. p gradus ascendit
ad altare qui dicit patre maiore filio. et
filiu spu. s. sicut dic ami. vn cu gradus de
ratione sui nois tollat psonar equalitate
Ideo benedic. Jo. q no est prsus in diuini
tate gradus. nichominus ponitur ibi ordo dif
ferunt enim gradus et ordo sicut punct' et vni
tas. na punctus e suba posita ideo solu e
i corporalibz vnitas uero e suba no hns
posi. Ideo e in spualibz sic gradus dicit sup
posi ul' loci. ul' dignitatis. ordo uero dicit
habitudine ad pricipiu sine suppoe. Ad i
ergo qd dicit aug. dd' q i pple loquit' i utroq3
uerbo et ca sumitur ibi p pn gradus uero
sumitur p ordine. Ad i q obicitur de sb.
dd'. q sub. non dicit in diuinis inferiorita
tem. s3 solu habitudine sdm ratione intelli
gendi. Ad illud q obicit' de auctte dd' q'
uerum est sdm quod auctas sonat i ratiom

dnij quod pnt gradus. s3 sic ut est in diuinis
s3 solum pnt sonat intentione pncipij et h'
poit ordinem in cognoscendo.

Nunc de pprietatibz psonar quas sreq' t'
etc. supra egit magr de hijs que dicunt'
de deo secundu subam hic de hijs scdo agit
quo dicunt' de deo sm relatione diuiditur aut'
hec pars in duas i prima agit de hijs que di
cuntur de deo temporalit' et communit'. s. d.
xx. sunt e quedam que ex tpe. Secunda iter pars
diuiditur in duas quia quedam sunt pprietates
siue relones psonales et de hijs agit p' queda
no psonales et de hijs agitur scd. s. d. xxviij.
Preterea considerari oportet qd no tantum
tres etc. prima iteru pars diuiditur i duas.
i prima assignat pprietates psonar sm q i ipis
psonis assignant. In scda no agit de ipis s3
quod eas contingit diuisis noibz exprimi. s. di.
xxvij. hic qri pot. utru has pprietates psonar
etc. prima pars h' duas in prima magr as
signat pprietates psonar. In scda uero circa
assignatione mouet dubitatione ibi. hic
queritur quid dicatur ppium de nato. etc.
prima pars h' tres partes sdm tria capitula.
In pma determinat quibz assignent' pprietates
quia ypostasibz. In scda assignat que sint il
le pprietates ibi Iam de pprietatibz psonar
uideamus. tertio ostendit quid sint ille pro
prietates qm sut relationes siue dde sm
relatione no tam sdm accns et h' tertio ca
pitlo facit. ibi. Quo circa secund' e no omne. etc.
hic qr quid dicatur de pprium nato. etc. Scda
scda pars in qua mouet dubitationes iuxta
predictas assignationes. et h' pars h' duas in
p mouet dubitationem circa assignationem
pprietatis In scda contra assignatione pprietatis. s.
s. s. h' queri pot utru pater. hec pars h'
duas. In pma ppomt qom et soluit auctem
hylarij In scda illam solutione applicat etia
circa pprietate. spc. s. que e donu ibi. i etia
de spu sco dicendu e. Simili' q'd h' duas
partes. In p' qrit et soluit In scda quonda
pom improbat p'm facit ibi. hic queri pot
vtru pat' e. etc. Secund' facit ibi. Quidaz
tamen putant spm san. etc.

Ad intelligentia eor que i ista. d. dicunt'
de pprietatibz quattuor queruntur / p' querit'
utrum in diuinis sit ponere pprietates / Scdo
dato q sic qr quid sint ille pprietates / Tertio
queritur quis sit actus ipar / Quarto et
ultimo qr de numero ear. Quod aut i diuinis sit
pone pprietates no solum uocalit' s3 etia reale
ostenditur sic. Jo. dicit et habetur i fine
precedentis. d. no tantu noia s3 etia nominu
pprietates confitemur g' etc. Inde aug. d.

in .l. de fide. ad pet^m. proprium est patris quod unum filium genuit. ergo a coniugatis. generatio est proprietas patris. sed constat quod generatio realiter est in deo. Constat etiam quod convenit soli patri. ergo secundum rem est patris proprietas. ¶ Item proprietatis est distinguere ergo ubi est vera distinctio ibi est vera proprietas sed in divinis est vera distinctio. unde dam. dicit ypostaseon .i. personarum in tribus proprietatibus paternali et filiali et processibili recognoscimus. ¶ Item hoc ipsum videtur ratione. quia sicut alius est modus querendi de essentia et persona .i. alius est modus querendi de essentia et proprietate. per quod se habet. ergo sicut ponitur in divinis et essentia et persona secundum veritatem. ita debet poni proprietas.

¶ Item supra [illegible] probatum est quod differunt generatio et processio realiter. aliquin non differret realiter. sed tamen generatio que spiratio est in una persona non multiplicata ut in persona patris. ergo cum persona sit realiter una et proprietates realiter plures. ergo ponere est proprietates realiter in divinis differentes. sed non differentia essentiali sed nec personali cum sint eadem persona. ergo notionali quod si non differunt generatio et spiratio. sicut hoc est verum pater spirat spiritum s. Ita et hec. pater generat spiritum s. et tunc sequeretur. quod spiritus s. esset filius. ¶ Item pater et filius sunt unum principium spiritus s. sicut hoc supra probatum est et hec ratio est principii. quia unus ordo est qui spiratur. hoc quod est unum dicitur unitate non essentie. nec persone. ergo oportet quod proprietatis. et si hoc. necesse est ponere proprietates in divinis realiter. et non nominaliter tantum secundum notiones. ¶ Item in patre est paternitas et innascibilitas. aut ergo eadem proprietas. aut alia. si eadem proprietas. ergo et relatio eadem. sed secundum paternitatem refertur ad filium. ergo et secundum innascibilitatem. sed hoc est falsum. ergo est alia. et persona est una. ergo necesse est ponere proprietates in divinis in personis etiam realiter differentes. ¶ Hylarius de trinitate. pater et filius et spiritus sanctus solis differunt nominibus. ergo si differunt nominibus. ergo si differunt nominibus non sunt ibi reales proprietates sed vocales. ¶ Item dam. dicit. p. li. oportet scire quod aliud est differre re. aliud ratione. et dicit quod in creaturis est differentia re et consequentia ratione. sed in divinis econverso. cum ergo sit distinctio secundum proprietates videtur ergo quod sint ibi solum secundum modum loquendi vel intelligendi. non ergo a parte rei. ¶ Item hoc ipsum videtur ratione quia in summe simplici non cadit differentia aliqua. sed divina persona est summe simplex. ergo aut ibi non est proprietas aut est solo modo loquendi ergo etc.

¶ Item .s. simplex est persona sicut essentia sed proprietates essentie non differunt nisi solo modo loquendi. non secundum rem. ergo similiter proprietates persone. ¶ Item divina essentia propter summam simplicitatem se ipsa refert ad creaturam. et ideo relatio essentialis solo modo loquendi differt ab essentia ut cum dicitur dominus. quod enim transit in subiectum. ergo pari ratione persona se ipsa refertur ad personam. ¶ Item creatura propter essentialem compositionem ad suum principium se ipsa refertur ad creatorem aliquin inter creatorem et creaturam cadit medium quod non esset nec creator nec creatura ergo si multo essentialior est comparatio persone ad personam ergo se ipsa refert. et si hoc ergo videtur quod ipsa proprietas vel relatio non differat nisi solo modo loquendi a persona. ¶ Respondeo dicendum quod omnes catholici tractatores posuerunt proprietates personarum in divinis. cum enim sint plures persone et distincte necesse est quod sit ibi distinguens. hoc autem proprietatem appellamus. sed diversificati sunt in modo ponendi. quia ergo viderunt aliqui summam simplicitatem in persona. sicut in essentia posuerunt quod sicut in essentia omnino est idem quo est et quod est. ita in persona omnino. Idem quo distinguitur et quod. et sic supponit proprietas. differens a solo modo loquendi. sicut si dicatur rogo te benignum vel benignitatem tuam. sed ista positio non potest stare quia sicut in oppositum probatum est. in eadem persona sunt proprietates differentes non solum modo loquendi. sed realiter. videmus etiam quod una persona uno modo comparatur ad unam. ut pater ad filium. et iterum una persona uno modo sive una habitudine comparatur ad plures ut spiritus s. ad patrem et filium. et iterum una persona pluribus modis comparatur ad plures. ut filius ad patrem et spiritum s. sed similiter videmus comparari plures personas eodem modo ad unam. ut pater et filius ad spiritum sanctum. ergo unitas habitudinis non potest accipi a parte essentie certum est. nec a parte persone que refertur. nec ex parte persone ad quam refertur. Restat ergo quod sit alius modus dicendi suprius a parte rei. et ideo nunc communis oppinio tenet in divinis esse proprietates personarum realiter differentes ad se invicem. et per hoc etiam differentes a personis aliquo modo. sic enim quia in una essentia non plurificata plures ponimus personas. modo essentialiter et personaliter differunt. non solum differentia supra a parte nostra. sed etiam a parte rei. sic etiam dicendum de modi dicendi personaliter et notionaliter. et ideo distinguunt magistri tres modos dicendi in divinis qui sumuntur a parte rei. s. essentialem personalem et notionalem. et dicitur ergo quod tres sunt modi predicandi. s. in quid. in quis. in quo. sive in quo se habet. et incidit secundum figuram dictionis. ex communitate horum modorum. sicut in creaturis ex communitate predicamentorum. sic ergo in divinis vera est essentia. vere sunt persone. et vere sunt proprietates. ¶ Ad id quod obicitur in contrarium primo de hylario. dicendum quod hylarius accipit nomina non pro ipsis vocibus sed pro intellectibus sive significatis

¶ Ergo quod triplex modus est ponendi
- persone s. personis habet actum
  - distinguendi et sic dicitur relatio
  - constituendi et sic dicitur proprietas
  - innotescendi et sic dicitur notio
  - differt a
    - modo dicendi
    - ordine intelligendi
    - respectu nostri
- notiones
- relationes
  - In modo dicendi quod
    - relatio quia refertur
    - proprietas quia distinguit
    - notio quia innotescit
  - In numero quia
    - notiones .v.
    - relationes .iiii.
    - proprietates .iii.
- In ordine intelligendi quod
  - proprietas ut distinguens
  - relatio ut referens
  - notio ut innotescens

In una tantum vero ab alio et spiratio non est proprietas

proprietas per illa tamen nomina importatur est in proprietates, nam solum non excludit ibi proprietatis veritatem sed excludit diversitatem realem vel substantie vel numeri. Ad id quod obicitur de damasceno quod differunt solum ratione dicendum quod differre ratione est triplex. Uno modo a parte nostre apprehensionis et sic differunt ideo bonitas et magnitudo. Alio modo differre ratione est secundum differentiam attributionis, quia aliquo modo ponitur circa unum vel attribuitur uni quod non attribuitur alteri, et sic differunt ratione essentia et persona. Tertio modo differre ratione est differre secundum pluralitatem distinctionis que non inducit diversitatem in essentia vel numero, tamen tantam inducit differentiam quod unum non dicatur de altero, et sic differt ratione persona a persona, proprietas a proprietate. Prima quidem differentia secundum rationem est minima quia nichil respondet a parte rei. Sed ultima respondet. Non vult ergo damascenus dicere nisi quod ratione, non secundum quod res accipitur pro numero, non enim sit ordo dividit, scilicet quod a principali de nomine. Nam in creaturis non solum est communitas rationis immo realis. Nam petrus et paulus non tantum in ratione conveniunt sed etiam in natura communi.

Ad illud quod obicitur quod hec tollit summam simplicitatem, dicendum quod differentia rationis quedam fundatur super quid absolutum sive substantiale sive accidentale, quedam super respectum sive modum se habendi. Et prima differentia omnino repugnat simplicitati et non potest esse in deo. Secunda vero non repugnat. Nam videmus respectum aliquem de novo esse circa aliquid illo nullo modo mutato. Videmus etiam aliquid habere plures respectus ipso sine compositione existente. Dicendum ergo quod proprietates personales sunt respective non absolute, ideo possunt differre ratione respectiva, quia persona suppositum sive ypostasim dicit, sed proprietas dicit habitudinem ad alterum. Ex hoc patet sequens, quia cum proprietates essentiales sunt absolute non possunt dicere realem differentiam nisi essentialem habeant, et ideo solo modo loquendi differunt; non sic proprietates personales. Unde proprietates essentiales omnino transeunt in essentiam, sed personales non. Ad aliud quod obicitur quod essentia se ipsa differt, dicendum quod essentia divina non potest referri nisi ad aliam essentiam. Ad illam autem non refertur, cum relatio dicat ordinem et habitudinem. Sic autem vult philosophus deus non ordinatur ad res, sed res ad ipsum, ideo non est ibi relatio nisi solo modo loquendi. Sed cum persona ad personam refertur, ibi vere est ordo originis et ideo habitudo, et ideo vera relatio, et sic patet illud. Ad aliud quod obicitur quod creatura se ipsa refertur, dicendum quod referri se ipso potest intelligi tripliciter. Aut quia inter rei respectum et essentiam non cadit medium, quia ipsa essentia essentialiter dependet, et sic quidem reperitur in creaturis. Sic enim refertur materia ad formam et forma ad materiam. Unde dicit philosophus quod primum hec ipsum quod est ad alterum est, tamen nec materia est suus respectus nec forma, quia non habent omnimodam simplicitatem. Alio modo est referre se ipso quia inter id quod refertur et suum correlativum non cadit aliquod medium quod non sit alterum eorum, et sic pater refert se ipso ad filium et econverso. Nam pater est sua paternitas, et hec propter summam simplicitatem. Tertio modo referri se ipso est quia ipsum quod refert non est nisi relatio et respectus purus, et hec est impossibile esse nec in deo nec in creatura, quia sicut dicit augustinus omne quod refertur est aliquid excepto eo quod relative dicitur, aliquin relationis esset relatio. Ita patet quod omnis proprietas relativa sive in deo sive in creatura. Nec tamen differt aliquo modo ab eo cuius est proprietas et maxime in creatura, ergo in creatore. Et intelligant omnia hec sic prius assignatum est, cum omne respectivum fundatur super aliquid absolutum.

Secundo queritur de proprietatibus quid sint, et quod sint relationes, videtur quia dicit hylarius xii. de trinitate: proprium est deo nato esse filium. Sed filiatio est relatio, ergo etc. Item damascenus: dicimus divina verbi ypostasi nativitatem in habitudine a principali ypostasi differentem, sed modus habitudinis est relatio, ergo etc. Item Ricardus de sancto victore in libro de trinitate dicit quod persona distinguitur proprietate originis, sed origo in divinis non est nisi habitudo, ergo relatio, ergo etc. Item hec ipsum videtur ratione, quia proprium est quod convenit soli. Sed nichil absolutum est incommunicabile in divinis et conveniens soli, ergo omnis proprietas personalis est relativa, ergo etc. Contra: sicut paternitas est relatio, et magnitudo quantitas, et bonitas qualitas. Sed magnitudo dei non est quantitas, nec bonitas qualitas, ergo nec paternitas est relatio. Sed paternitas est proprietas, ergo etc. Si dicas quod non est simile, quia alia transeunt in substantiam, relatio autem non, contrarium ostenditur. Primo sic: sicut quantitas est unum genus accidentis distinctum ab aliis, et relatio. Sed quia in deo non cadit diversitas, ideo nec genus quantitatis transit in substantiam, cum ibi non sit accidens nec diversitas generum, ergo pari ratione relatio. Item sicut deus est sua magnitudo et paternitas, sed quia deus est sua magnitudo ideo quantitas non differt a substantia sed in eam transit, ergo et paternitas filii. Item videtur quod relatio magis non transit, quia inter omnia genera accidentium relatio importat maiorem dependentiam quia ad substantiam et obiectum. Sed deus est omnino independens, ergo relatio minime manet in deo. Item inter omnia genera entium relatio minus habet de entitate, sicut patet quia advenit et recedit sine mutatione illius quod refertur. Sed in summo ente non debet poni nisi quod multum habet de entitate, ergo etc.

Ad hoc dicendum quod proprietates personales necesse est

esse relationes. et hec duplici ratione. tum quia sunt
incommunicabiles et soli conveniunt. tum etiam
quia realiter differunt ut ostensum est prius. sola
autem relatio manet in divinis / ad cuius intelligen
tiam notandum. quod relatio in aliquibus convenit
cum aliis generibus, in aliquibus differt / convenit enim in hoc
quod est predicamentum et genus entis. et in hoc quod est
accidens / et disconvenit in hoc quod preter alia genera habet
respectum non solum ad subiectum. sed etiam ad obiectum.
sive habitudinem. et dependentiam. / quantum ad primas
conditiones in personis est relatione manet in divinis
sicut alia genera. et hoc propter summam simplicitatem.
Inde enim relatio ut preostensum est non est pre
dicamentum. nec accidens. sed substantia est / quantum vero ad conditiones
quas habet respectu obiecti. necesse est quodam modo maneat.
scilicet quantum ad habitudinem. et hoc propter veram distinctionem que est in
divinis. et veram originem et habitudinem. et necesse
est quodam modo non maneat. scilicet quantum ad dependen
tiam. et hoc propter omnimodam absolutionem que est in
divinis. alia enim genera simpliciter transeunt. sed relatio
quodam modo transit. quia alia genera / respectum
solum ad subiectum dicunt. et secundum illum transeunt. sed
relatio ultra dicit respectum ad obiectum. et secundum illum
respectum manet. qui vere est in divinis et ita
relatio manet / patet etiam quid transit. videlicet
quantum ad omne quod dicit compositionem. unde non est
genus. nec in genere. nec est accidens. nec est ad.
et sic patent tria obiecta contra hec. quia unum sunt.
[illegible] genus et [illegible] accidens. Tertium a predi
catione et imperfectione / patet etiam quid maneat
scilicet quantum ad illud quod dicit, dependentiam et
inclinationem. quia sic privat absolutionis perfectionem.
et per hoc patet quartum argumentum. quod obic
de dependentia relationis. Ad illud quod obicitur quod
minus habet de ente. dicendum quod hoc verum est cum differt
essentialiter a substantia. in deo autem non sic est. preser
tim. per terminationem predictam. sed ratio reddi quod
non transit. quia enim minimum habet de ente.
ideo minimam / secundum suam proprietatem. alia vero que
habent ad de ente absoluto. faciunt compositionem. et
hinc est quod relatio melius manet in summo simplici
quam aliquod aliorum.

Tertio queritur de proprietatibus quantum ad actum.
et queritur utrum actus huius proprietatum sit ypostases distinguere aut distinctas ostendere.
et quod sit distinguere videtur. per boetium de tri.
substantia continet unitatem relatio multiplicat
trinitatem. sed multiplicat. ergo distinguit. Item
Ricardus de sancto Victore de trinitate dicit. quod persona
distinguitur proprietate originis. sed proprietas dicit
originem et relationem ergo et cetera. Item hoc videtur
quia cum persone distinguantur aut distinguntur
per aliquid absolutum. aut per respectum. per absolutum
non. quia sicut vult augustinus. quod ad se dicitur de
singulis dicitur. ergo necesse est quod differant

per aliquid respectivum. Item proprietas patris aut acci
dit ipsi ypostasi aut est ei consubstantialis. quia si
accidit. ergo sunt ibi aliqua accidentia. ergo est ibi aliqua
compositio. si autem est consubstantialis et connaturalis.
ergo cum non consequatur esse ypostasis. non tamen
est ratio ingnotescendi sed etiam distinguendi.
Item in summe simplici idem omnino est
ratio essendi et cognoscendi. sed persona patris est
summe simplex. ergo eodem distinguitur quo
distingui cognoscitur. hoc autem est proprietate ergo et cetera.
Contra omne respectivum reducitur ad absolutum. sed
quod reducitur ad aliquid secundum rationem intelligen
di consequitur illud / ergo cum proprietates sint respective.
ypostases absolute. proprietates reducuntur
ad ypostases. ergo ypostases sunt priores. sed quod prius est
non distinguitur ab eo quod est posterius. quia ab
eodem est esse et esse distinctum. ergo et cetera. Item
omne quod distinguit aliquid dat ei tale esse
quale ipsum est vel habet sed proprietates habent de se
solum esse respectivum. ergo ypostases per proprietates
distinguuntur habent solum esse respectivum. sed hoc
falsum quia cum sint supposita essentie habent esse
simpliciter absolutum. Item in divinis pluralitas est pli
citate per originem. ergo et distinctio. sed origo dicit
emanationem vel exitum relatio autem per se non emanat
nisi prius aliquo emanante quia in ad aliquid non est motus.
ergo prius oritur ypostasis ab ypostasi secundum rationem in
telligendi quam sit intelligere esse relationem. et sic hec rela
tive consequitur esse distinctum in ypostasibus. ergo et cetera.
Item omne quod relative dicitur est aliquid. excepto
eo quod relative dicitur sicut dicit ratio et augustinus.
dicit v. de trinitate. sed pater et filius dicuntur relative
ergo uterque eorum est aliquid excepto quod relative dicitur.
ergo abstracta relatione contingit aliquid in
telligere. quero ergo quid sit illud aut essentia
aut ypostasis. si essentia ergo relatio est in essentia
ergo multiplicat eam. si ypostasis aut ergo una aut
due. non una quia impossibile est intelligere. quod
pater et filius sint una ypostasis ergo due. et sic hoc
patet et cetera. Item abstractis omnibus proprietatibus
duorum individuorum ut petri et pauli solis ypostasibus
remanentibus adhuc contingit intelligere remanere
distinctionem ergo pari ratione in ypostasibus divinis
consimiliter verum est. tunc ergo non sunt solum ratio distin
guendi quo ad nos. Responsio dicendum. quod circa hoc duplex
opinio fuit quidam enim dixerunt quod abstractis pro
prietatibus impossibile est intelligere ypostases distinctas.
quia huiusmodi proprietates in divinis non solum dant
personas ingnotescere immo dant etiam esse unde ipsis
abstractis abstrahitur esse et esse distinctum / aliorum
opinio fuit quod proprietatibus abstractis adhuc est
intelligere distinctionem ypostasibus. quia proprietates
secundum ipsos non sunt ratio distinguendi secundum rem
sed distinctionem manifestandi. unde dicunt quod ab
stracta paternitate et filiatione. adhuc contingit

Margin: Quodam modo manens ibi
Margin: distinctio non quantum ad illud quod dicit dependentiam.
Margin: Nullam facit compositionem et emanans

intelligere quod ab alio, et quo alius. Et quoniam quo distinguuntur dicuntur quodammodo se ipsis sicut primo generalissima se ipsis distinguuntur dicitur quod se ipsis et differunt. Unde licet in trinitate substantia non est quantitas et si respiciamus intellectus utraque opinio continet aliquid probabilitatis. Quod patet sic. In divinis est ypostasis sub intelligimus originem sive emanationem. Intelligimus etiam habitudinem secundum rationem intelligendi origo precedit ipsum comitatur. Et secundum rationem intelligendi habitudo consequitur ipsum quam refertur. Potest igitur proprietas relativa importare solum habitudinem. Et hoc modo consequitur rationem distinctionis et est ratio cognoscendi distinctionem non distinguendi sicut dicit secunda opinio et probant rationes inducte ad secundam partem de ipsa relatione. Potest enim intelligi tunc distinctio quia intelligitur quod ab alio et quo alius. Potest etiam utrumque proprietas importare scilicet habitudinem et originem. Et tunc non tantum est ratio cognoscendi, sed etiam distinguendi. Circumscripta enim origine sive emanatione impossibile est intelligere in divinis pluralitatem. Immo sic est essentia una, ita etiam intelligitur ypostasis una. Et sic procedit prima opinio et rationes ad primam partem. Sed non quod cum idem sit in divinis proprietas origo et esse et ad alterum se habere, tamen secundum rationem intelligendi sic ordinata, ut primo sic oriri, deinde esse intelligatur, in hiis que habent esse ab alio, deinde se ad alterum habere. Quia vero idem sunt in deo, ideo eodem nomine designantur. Unde generatio dicit originem et habitudinem. Tamen proprie loquendo generatio dicit originem et paternitas habitudinem. Qui ergo proprietas divinas secundum communem usum loquendi importat habitudinem et originem, ideo tenendum quod proprietates non solum sunt ratio innotescendi distinctionem, sed etiam distinguendi.

Et ad illud quod obicitur quod respectivum reducitur ad absolutum. Dicendum quod reduci ad aliquid est dupliciter: aut sic ad principium, aut sicut ad terminum. Proprietas originis hiis duobus modis reducitur ad absolutum. Ad ypostasim patris reducitur innascibilis sicut ad aliquod principium, ad ypostasim autem geniti et spirati sicut ad terminum. Quoniam ergo quod reducitur ad aliquid sicut ad principium ipsum consequitur, ideo abstracta origine solum intelligitur deus innascibilis non ens ab alio, et ita in unitate ypostasis. Quia vero quod reducitur ad ad sicut ad terminum intelligitur precedere, hinc est quod abstracta origine iam non est intelligere ypostasim precedentem vel intelligendum ubi respectivum dicitur de ~~prima~~ pendentia ratione cuius communiter deficit a summa simplicitate quod non est in deo.

Ad illud quod obicitur quod respectivum solum dicit esse respectivum. Dicendum quod hoc verum est de respectivo quod dicit solum habitudinem, sed non est verum de respectivo quod dicit originem.

Ad illud quod obicitur quod relatio non oritur per se. Dicendum quod relatio est proprietas secundum quod est ipsa origo non prius est in quo originatur, et quia origo proprie non oritur sed est in quo oriens oritur, ita quod non sequitur. Et prius non. Sed secundum rationem intelligendi ut est sola relatio vel precedit, ideo patet illud.

Ad illud quod obicitur quod est ad exceptio quod relative dicitur. Dicendum quod illud non habet veritatem in summe simplicibus que sic differunt esse et rem quod unum possit ab altero separari sive abstrahi secundum rem, quia ibi unum sunt. Nec solum secundum intellectum, non enim adhuc intellectus noster sic abstrahit ut intelligat ypostases distinctas abstractis proprietatibus et relationibus. Si enim ab ypostasi patris abstrahat paternitas vel etc. iam non habet aliquid speciale quod sit principium intelligendi ipsam. Et ita consideratur sub ratione generali et incompleta. Unde et bene videntur mihi dicere qui dicunt quod remanet in intellectus huiusmodi res secundum quod est generale vocabulum. Et sic patet quod abstractis proprietatibus non remanet distinctio nec re nec intellectu, ideo utique in sit ratio distinguendi.

Ad illud quod ultimo obicitur quod Petrus et Paulus distinguuntur intellectis abstractis proprietatibus. Dicendum quod non est simile. Ibi distinctio est ibi a parte materie et forme substantialis, que innotescunt proprietates accidentales. Sed in divinis solum est distinctio per originem. Ideo patet illud.

Quarto queritur de proprietatibus quantum ad numerum. Et videtur quod sint infinite, quia proprietates sunt respectus, per quos nobis innotescunt, sed illi sunt infiniti. Sic patet de respectibus ydealibus. Ergo etc.

Item pater et filius ad invicem assimilantur secundum omnes conditiones essentiales, ergo secundum omnes comparantur. Et secundum omnes innotescunt nobis. Sed ille sunt in numero indiffinito. Ergo etc.

Item quanto aliquid est simplicius tanto plures habet respectus, ut punctus quam linea, et linea quam superficies. Sed divinum esse est simplicissimum. Ergo in eo sunt infiniti respectus. Sed omnes sunt ratio cognoscendi. Ergo notiones sunt infinite.

~~Sed~~ Sed contra. Non sunt tantum. Videtur per Damascenum qui dicit quod in divinis sunt omnia unum preter generationem, ingenerationem et processionem. Sed iste tres non sunt nisi tres proprietates. Ergo etc.

Item ratione videtur, quia proprietas convertitur cum eo cuius est proprietas. Sed proprietas est persone. Ergo quot sunt persone tot sunt proprietates et non plures. Sed persone sunt tres. Ergo etc.

Item fiat talis ratio. Omnis proprietas est aliqua notio. Et omnis notio est proprietas. Sed omnis proprietas sive notio est aliqua trium. Ergo etc.

Quod autem sunt plures tribus, hoc ostenditur. Notiones sive proprietates sunt relationes. In omni autem habitudine sunt due relationes secundum duo extrema. Sed in divinis sunt due origines. Ergo saltem quatuor relationes.

Item proprietas est que convenit uni soli. Sed innascibilitas convenit soli patri. Ergo est proprietas. Et non est aliqua illarum quatuor relationum. Ergo sunt quinque.

Queritur ergo sufficientia tum numeri notionum in divinis et personis.

quid accipiant. [illegible] sit ide numer proprietatum relationum. Cum intelligendum est ad illud ultimum quod non consueuit fieri ut ista tria nota proprietas. relatio. et notio. Ista proprietas dicitur in quantum est soli. relatio in quantum dicit habitudinem ad alium. Notio in quantum est principium cognoscendi. quia omnis proprietas est ratio cognoscendi. scilicet. et omnis relatio. ideo nomen notionis est in plus quam illa duo. quia quedam proprietas est relatio ut paternitas. quedam non ut innascibilitas que [illegible] non dicit respectum set priuat. Et quedam relatio est proprietas ut filiatio. quedam non ut actiua spiratio. ideo quia conuenit pluribus non uni soli. et hinc est quod nomen proprietatis et relationis se habent ut excedentia et excessa. nomen uero notionis est in plus. unde plures sunt notiones quam proprietates. plures etiam quam relationes. Sed proprietates et relationes mutuo se excedunt. et equaliter ideo sunt numero equales. tamen non oportet facere unum. Ista omnis relatio distinguit aliquid in ad alium. et est aliquis in proprietas. Et omne quod distinguit aliquo in importat relationem. ergo omnis relatio proprietas. et omnis proprietas relatio. Sed omnis notio est proprietas uel relatio. ergo omnis notio est proprietas. et sic relationibus. et extensio notione sunt equalia. ideo idem est numerus et eadem ratio assignationis in omnibus istis notionibus. Sed intelligendum est quod circa numerum proprietatum fuerunt tres [opiniones]. quidam dixerunt quod sunt infinite. quidam quod tres. quidam quod quinque. Ratio autem huius diuersitatis fuit quia diuersimode notiones considerauerunt. Qui considerauerunt illas in comparatione ad eos quibus innotescunt. dixerunt eas infinitas esse quia infinitas comparationes et similitudines et respectus dicunt nobis innotescit. Qui uero considerauerunt in comparatione ad ypostases. que distinguuntur uel innotescunt. dixerunt esse tantum tres. quia tantum tres sunt persone. ideo tantum tria habent proprietas per que nobis sufficienter innotescunt. Qui uero considerauerunt per comparationes ad rationes quibus innotescunt. dixerunt esse .v. eadem enim est ratio innotescendi et distinguendi. Sed ratio distinguendi accipitur a parte originis. aut positiue. aut priuatiue. Si priuatiue. aut priuat originem per modum producentis et hoc non dicit nobilitatem. sed non producere. Io non est notio. aut priuat originem per modum producti. et hoc uel specialiter uel generaliter. Si specialiter non dicit nobilitatem. Si generaliter sic dicit nobilitatem. et notio est una sola. Si autem accipiatur a parte originis positiue. cum duplex sit origo et utrobique uideatur de necessitate duplex habitudo. de necessitate erunt quatuor. Sed generatio actiua et passiua. et spiratio similiter

actiua et passiua. et in uniuerso .v. Sed opinio sufficit notiones magis alonginquo. ideo magis auritate recessit. Secunda magis appropinquo. et ideo magis (sic) ueritati appropinquauit. Tertia sicut debuit. et ideo ueritatem dicit et posuit tamen. Et hec est pro quod tenet communis opinio magistrorum notiones esse .v. et ratio huius prius uisa est. Cum ad illud ergo quod obicitur de respectibus et comparationibus infinitis. Dicendum quod nec proprietates nec relationes sunt notiones nisi que important respectus distinguentes personam a persona. et hic est respectus originis. qui tantum quinque modis spectantibus additur per comparationem. ideo patet illud. Cum ad illud quod obicit quod tantum tres personae uerbum dam. Dicendum quod sub generatione comprehendit duas generationes scilicet sub processione. Cum ad illud quod obicit quod proprietas debet conuerti cum persona. Dicendum quod cum est de illa que est proprietas personalis faciens personam esse personam tamen non sequitur si queritur quod tot sunt et non plures. quia unum uide. potest habere plura conuertibilia. Cum ad illud quod obicit de illo illo dicendo quod processu illo est fallacia accidentis. sic hic. pater est innascibilis. et pater est paternitas. ergo paternitas est innascibilis. quia quod attribuitur subiecto. siue ypostasi. attribuitur habitudini. potest tamen poni figura dictionis. commutatione modi predicandi quia indiuiduis essentia predicatur ut quid. et ut quis. et notio ut que. et sic procedentur ad personas aduniationem.

In parte ista sunt dubitationes circa litteram. Et primo de hoc quod dicit. Io. abarciano presule nouellum nomen aut nomine romano exigit. Sicut est nouellum cum apostolus dicit .i. thy. ult. uotum nouitates uitandas esse. nullo modo debuit concedere. Preterea. dam. dicit quod ypostasis est illa cum accidentibus. Sed indiuiduo non cadit accidens ergo nec nomen ypostasis. ergo. etc. Cum pro dicendum quod nouitas uno modo sonat uitium alio modo non. quod est talis adiunctio quod suam etiam facit quod non habet oratium cum ueritate antiquitus tunc est uere nouellum. et sic dicit apostolus esse fugiendum. unde addit prophana. Sed illud nomen quantum ad intellectum sanum non erat nouum. Sed quantum ad intellectum quem heretici supponebant. Ex obiectione autem. dam. Dicendum quod nomen ypostasis de se non importat respectum ad accidens. Sed solum ad proprietatem distinguentem que quia est mediatiua est accidens. ideo dicit subm cum accidentibus. non sic autem est ideo.

Item quid est de hoc quod dicit. quod uenenum latet sub melle. Quia cum hoc non dicat nisi propter errorem communem. uidetur quod talia nomina omnia essent fugienda. Cum pro dicendum quod uenenum non latebat sub nomine. Sed sub eorum intentione qui ex hoc accidentaliter uolebant inducere heresim. uel per

dici quod uenenum latebat et non quantum ad signa
sed propter dubitationem et ideo nunc quod determinatum est
ei signo absque dubio est utendum. ¶ Item queritur de hoc quod
dicit aug. quod aliud est genuisse et natum esse. videtur esse
male dictum quia cum aliud dicitur diuersitatem et con-
trarietatem hoc uidetur quod generatio actiua et natiuitas differunt
per essentiam quod est quasi idem. ¶ Responsio dicendum quod aliud non dicit
ibi diuersitatem aperte et absolute sed per comparationem
adiacentem intelligitur. quasi dicat aliud est dicere siue in-
telligere patrem generare et filium nasci. sed hic aliquid non
subest diuersitas essentie. sed aliquis proprietatis.
¶ Item queritur de hoc quod dicit. quod proprium est patris non
quia non est natus. videtur esse dictum contra illud quod dicitur .i.
d. xxviii. vbi dicitur quod hoc est quod ingenitus est proprium
patris. sed ingenitum non est aliud dicere quam non genitum.
¶ Responsio dicendum quod aug. loquitur de hoc quod est non natus secundum quod dicit
puram negationem. et sic non dicit proprietatem. ¶ Inge-
nitus autem prout est proprietas non est negatio pura. ¶ Item
queritur de istis uerbis aug. que dicit. Quod ideo nichil dicitur
secundum accidens in deo quia nullum est ei mutabile aut ammissibile. videtur
enim ratio non ualere quia quedam sunt accidentia
inseparabilia. et talia non sunt ammissibilia. ¶ Responsio
dicendum. quod sicut ipse idem aug. dicit omne accidens aut est
per naturam suam ammissibile aut potest circa subiectum suum
intendi uel remitti et ipse non dicit quod sit accidens tantum
quia potest amitti. sed quia potuit aduenire rei
prius existenti uel recedere a re iam existente
uel saltem intendi uel remitti siue uariari. et si
tu obicias quod accidentia non possunt alterari
secundum boetium verum est de alteratione a se in subiectum
tamen certum est quod in eodem intenduntur et remittuntur.
aliter potest dici quod accidens potest comparari ad subiectum primum
uel ad subiectum proximum. et habito respectu primo est acci-
dens dicitur adueniens quod est post. etiam ab esse quamuis
non respectu subiecti quod est subiectum. et cetera. ¶ Tertius modus
dicendi iste quod illud solum est per naturam immutabile. quod est
omnino simplex si ergo deus omnino est immutabilis
ergo est omnino simplex. et in nullo simplici est ac-
cidens ergo in nullo immutabili est accidens ponere
si ergo pater est immutabilis et in eo est paternitas ergo non
est accidens. ¶ Item queritur de hoc quod dicit. quod filius dei
similiter factura. quia secundum istum modum dicendi cum
asinus sit factura. videtur quod possit dici filius dei et
sicut quod archa que facta est ab artifice possit dici filia
artificis. quorum neutrum conceditur. si tu dicas quod
oportet quod sit ad ymaginem factum. ¶ Contra dyabolus
est ad ymaginem factus. ergo dicitur esse filius dei. ¶ Responsio dicendum
quod hoc dicitur filius duobus dicitur. scilicet ortu et imitatione
dicendum ergo quod est imitatio per omnimodam assimilationem
et sic filius naturalis imitatur patrem et quia non habet
secundum immutando sic. ideo solus ipse est filius
naturalis. item est imitatio expressa est. et hec consi-
stit in ymagine. et hec tenet ad rationem filii et fac-
ture. est iterum imitatio longinqua. et hec tenet
tantum rationem facture. non filii. Est attendendum

quod imitatio expressa que consistit in illa conditione
aut est insignita ulterius sua perfectione et decore
aut est priuata honore et deformata alia a con-
ditione. primo modo dicitur filius factura. secundo modo filius
factura et adoptione. tertio modo non dicitur filius dicitur
filius nisi ualde improprie. et cum adiectione distrahente
quia dicitur Jo. viii. vos peccatores habetis patrem dyabolum.
propter quod a deo recedunt et imitantur eum. ¶ Item
queritur de distinctione illorum trium que ponit
hylarius. scilicet origine. ueritate. et natiuitate. et dicendum
quod hec tria dicit ad excludendum tres hereses. contra
fotinum dicit origine. non adoptione. quia fo-
tinus dicebat christum esse dei filium adoptiuum
contra sabellium dicit ueritate non nuncupatione
quia ipse dicebat quod idem ipse secundum nuncupabatur
pater et filius. contra arrium dicit natiuitate non
creatione quia arrius dicebat esse dei filium crea-
turam ¶ Item queritur de hoc quod dicit quod dicitur relatiue
quamuis ei uocabulum non reddatur uocabulum. videtur
enim falsum quia proprium est relatiuorum dici ad conuer-
tentiam. ergo si non dicitur ad conuertentiam
non dicitur relatiue. Responsio dicendum quod illud uerum est. si
nomen impositum est utrique extremo. aliquando si deficit
ex vna parte. non dicitur. ut si dicatur remus na-
uis. sic uult dicere aug. quod sub istis nominibus pater
et filius non referuntur ad spiritum sanctum. sed tamen ubi
deficiunt nomina docet fingere. sed in diuinis melius
est carere quam fingere. propter uitandum errorem. ~~inueniri.~~
¶ Item queritur de hoc quod dicit. quod ibi non potuit inueniri
visitatum uocabulum. videtur esse ~~uocabulum~~ falsum
quia ~~ibi~~ ita bene spirator dicitur ad spiritum sicut
donator ad donum. ¶ Responsio. vnus modus dicendi
est. quod aug. non loquitur simpliciter de hoc nomine spirator.
sed de hoc toto. spiritus. scilicet uel aliter hoc dicit quia spi-
rator non erat. tunc nomen usitatum ut donator.
¶ Item queritur de hoc quod dicit. Quod donator non dicitur
nisi ex tempore. quia secundum hoc. nec donum diceretur
nisi ex tempore cum relatiua sint simul natura. et ad hoc dicendum
quod potest dici ab actu donandi. uel ab habitu primo
dicitur solum ex tempore sic etiam donum secundo modo dicitur
ab eterno.

Hic querit post uerum proprietates. Supra assigna-
uit magister proprietates personales hic secundo agit
de ipsis proprietatibus secundum quod per diuersa uocabula
exprimuntur. et quoniam conuenit eas exprimi per uo-
cabula magis usitata et minus usitata. ideo
habet hec pars duas partes. in prima agit de expressione
proprietatum per uocabula visitata. In secunda per
uocabula usitata minus. In tertia dicitur eadem.
hic non est pretermittendum. prima pars habet quattuor
cum enim hylarius et aug. proprietates aliis. et aliis
uocabulis assignent utrique tantum consuetas.
quia vnus scilicet aug. per generare et generari alter
scilicet hylarius per esse patrem. et esse filium. ideo magister
querit primo utrum sint eedem proprietates

abinvicem assignate, secundo solvit ostendens quod sint eedem ibi. Ad quod sunt pro iudicio aliorum. Tertio ne crederet aliquis quod omnino sunt eedem ostendit quod re idem sunt, sed differunt quantum ad modum significandi, scilicet in concretione et abstractione ibi. Nec tamen videtur nobis omnino idem. Quarto vero quia dixerat proprietates significari in concretione quia quidam posset respectu cuius ostendit et quod respectu ypostasis. ibi. Ille enim proprietates singule singulis etc.

Ad intelligentiam huius partis quatuor queruntur. Primo queritur utrum esse patrem et generare sit eadem notio. Secundo queritur quomodo illarum sit alterius ratio. Tertio utrum proprietates contingat abstrahi. Quarto utrum circa eas liceat contrarie opinari. Quantum ad primum quod sit eadem notio ostenditur sic. Una sola proprietas est ypostasis que dat esse distinctum. Nam non est in ratione accidentis sed forme, sed illa est una sola unius, sed generare est proprietas per quam ypostasis patris distinguitur, similiter et esse patrem. ergo est eadem notio. Item patris ad filium una est sola relatio quia una tantum origo et unus modus emanandi. sed generare dicit relationem patris ad filium, similiter et esse patrem, ergo eadem relatio vel notio.

Item si sunt diverse proprietates tunc ergo notiones erunt plures quia cuique in uno infinite sicut est ad generare sequitur esse patrem ita sequitur referri ad patrem, distingui a patre etc. que si sunt notiones alie, tunc ergo infinitus est numerus notionum. sed autem est inconveniens et sequitur si ille proprietates sunt diverse. ergo etc. Contra sicut eadem proprietas est esse patrem et generare, ergo omnino idem importat nomine patris et nomine genitoris. ergo sicut est baptizatus si quis baptizetur in nomine patris ita si in nomine genitoris. sed hoc communiter negatur. Item proprietates et notiones sunt diverse et cognoscuntur esse diverse quia de diversis predicantur quia de uno predicatur una de quo non predicatur alia. sed hic concedit essentia est pater, sed negat essentia generat. ergo etc. Si dicas quod hoc est propter diversum modum significandi, sed nichil est quia tamen esse patrem quam generare utrumque in concretione dicitur. Item diverse probantur esse proprietates quia una de altera non predicatur ut paternitas et innascibilitas sed generare ut patebit, item non dicitur de paternitate, sed est non admittitur paternitas generat. ergo sunt diverse. Solutio dicendum quod omnino sunt eadem proprietates secundum rem. Et huius ratio manifeste apparet nam una dicitur de altera non solum in concretione ut pater generat, sed etiam in abstractione ut paternitas est generatio, quod non esset si differrent. cum autem sit eadem proprietas differentia tamen in significatione et hoc quantum ad duo. primum quod quia generatio proprietatem persone generalius exprimit quam hoc quod est pater. Nam sicut dicit Augustinus et habetur in tertio libro distinctione v. ad esse patrem sequitur generare. sed non convertitur. Hoc est dicere generare predicatur non tamen dicitur pater econverso. Alia ratio est quia hoc quod est pater importat unitatem ypostasi circa quam notantur proprietates, sed hoc verbum generat non importat ypostasim immo exigit sibi apponi ab extra. et hanc ponit magister in littera. Tertia est quia cum proprietas duo importet, scilicet emanationem et habitudinem, que quamvis idem sint re, differunt ratione intelligendi quia hoc quod est generare importat productionem et generationem emanationem. sed hoc quod est esse patrem proprie importat habitudinem. Ex hiis patet obiecta. nam quod non sit baptismus in nomine genitoris hoc non est propter diversitatem rei, sed modi exprimendi utriusque consideratur ibi. sic patebit in quarto. Ad id quod obicitur quod non predicatur etc. dicendum quod hoc est propter diversum modum significandi. Nam hoc quod est generare quia non habet suppositum unitatem ponit rem circa essentiam, et ideo ipsum significat distingui. non sic autem hoc quod est pater, cum habeat suppositum intra. Sic enim est essentia est pater, non ille qui generat.

Ad id quod ultimo obicitur quod una non predicatur de altera, dicendum quod est predicare per modum denominationis, et hoc est per concretionem, et est predicatio per modum proprietatis et hoc est per abstractionem. quoniam ergo generare et esse patrem est una et eadem proprietas ideo non solum secundum modum denominandi tantum sed per abstractionem predicatur ut paternitas est generatio.

Secundo queritur que illarum sit ratio intelligendi alteram, id est utrum ypostasis prius sit pater, ideo generat quia pater est, vel ideo sit pater quia generat. et quod ideo sit pater quia generat hoc videtur auctoritate magistri in littera. semper est filius quia semper genitus. ergo generatio passiva est ratio essendi filium. ergo pari ratione et generatio activa est ratio essendi patrem. ergo etc. Item secundum rationem intelligendi prius est generari quam esse, tamen esse quam referri. ergo prius est generari quam esse filium. ergo pari ratione prius est generare quam esse patrem secundum ordinem intelligendi. si ergo prius est ratio posterioris, non econverso. ergo etc. Item ypostasis prius est pater, aut ergo quia deus, aut quia deus generans. non quia deus, quia pari ratione et filius. ergo quia deus generans. ergo etc. Contra non generat nisi persona distincta tamen quoniam generare non convenit essentie sed persone. sed persona patris non est distincta nisi per paternitatem. ergo non convenit generare illi ypostasi nisi paternitate. ergo ideo generat quia pater. Item in hiis que non adquiruntur per actum prius est habitus quam actus secundum rationem intelligendi quia est non sum boni per operari sed magis econverso prius sum bonus quam operer bonum. sed paternitas non adquiritur per actum in deo. ergo prius ordine intelligendi intelligitur esse pater quam generet. Item pater generat iste est quidam actus divinus qui pertinet ad patrem soli. quero per quid. aut est quia deus, aut quia deus pater, tunc filio conveniret. non quia deus innascibilis, quia innascibilitas, aut quia innascibilis. non quia deus quia tunc filio conveniret. non quia

dicitur innascibilis quia innascibilitas dicit nativitatis privationem
non primitatem. ergo a divisione quia deus pater. ¶ Propter quod ad in-
telligentiam huius notandum est quod hic est duplex opinio. quidam
~~quia inveniuntur~~ enim dicunt quod cum proprietates rela-
tive eternae sint ideo quod inveniuntur. quia incre-
atis. sunt ut advenientes. ideo, ut in substan-
tiis quod inveniatur actus est relationis ratio. unde in
inferioribus ideo est pater quia generat. sed in divinis
econverso relatio est ratio actus. unde simpliciter concedunt
quod non pater generat quia pater. et negant conversam.
Sed quamvis illud possit aliquo modo capi ab intellectu
ex parte patris. tamen si consideremus in filio. quod
non videtur intelligibile quod ideo quia filius generetur.
¶ Illa communiter dicitur et ratio concedatur. quod filius
et quod sit. et quod filius sit. sed habet per generationem. ergo
generatio secundum rationem intelligendi procedit fi-
liationem et relatam sicut filiationem in intelligendo
non tantum in essendo. ergo generatio est ratio dicendi pat-
ernitatem. ideo patrem. sicut enim se habet generatio
passiva ad filiationem. ita activa ad paternitatem.
et propterea est alia opinio quod ideo est pater quia generat.
et quod illud sit praedictum. patet per rationes assignatas
inter generationem et patrem. Illa secundum propriam ra-
tionem generatio dicit emanationem sive originem. pat-
ernitas dicit habitudinem constat autem quod origo
est ratio habitudinis non habitudo ratio originis. et ideo
generatio est ratio paternitatis. non econverso. ideo concedunt
rationes ad hoc. ¶ Ad illud ergo quod obicitur in contrarium quod non
generat nisi persona distincta. dicendum quod verum est quod secundum rationem
intelligendi necesse est ante generationem in-
telligi ypostasim secundum ordinem intelligendi loquendo
sed non oportet eam prae intelligere actu distinctam.
quia ipsa distinguitur per proprietatem generationis. distinc-
tione completa. sicut melius patebit infra. tamen
secundum rationem intelligendi ratio distinguendi incho-
atur in innascibilitate. ideo generat non ut ~~[illegible]~~ plus distinc-
ta paternitate. sed ut distincta quodam modo innascibilitate.
¶ Ad illud quod obicitur quod non adquiritur per actum dicendum quod in di-
vinis nulla proprietas adquiritur. quia quolibet est eterna.
tamen secundum rationem intelligendi origo sive emanatio
originis est ratio relationis. sicut in hiis inferioribus est
ratio secundum esse. unde sicut actus generationis est eternus. ita
proprietas paternitatis eterna. unde quamvis non adqui-
ratur per actum in est tamen per actum. unde illa propositio est
falsa et debet sic intelligi. et generaliter exponi in eis que
non insunt per actum. etc. et tunc minor est falsa. potest tamen dici
quod in verum est de actu qui elicitur ab illo habitu sicut opus
meritorium ex gratia. sed actus generationis nec elicitur
nec intelligitur elicitus a paternitate ideo non oportet
praeintelligere paternitatem. ad hoc quod intelligatur generare.
Ad illud autem generat quia dicitur pater. etc. dicendum quod generat quia
dicitur innascibilis et spirat quia improcessibilis. Ad obiectum quod in-
nascibilitas dicitur secundum privationem. dicunt aliqui quod pri-
vatio pura non est ratio habitus. quia privatio aliquando
cum habitu substrato est ratio. unde sicut aliquis liberat

homo in invitatione ad comedendum quia solus. sic pater
generat propter liberalitatem et non est solus et ideo cum semel
generavit et spiravit. non amplius generat. quia iam non
amplius est solus. quis sit liberalis. aliter tamen est dicendum
sicut praedictum fuit quod innascibilitas est privatio que secundum rem
est positio primi. innascibilis est dicitur pater quia non est ab
alio et esse primum et primitas est nobilis positio. primum est ratione
primi a deo dicit nobilem positionem conditionem ut videbitur
quod ad positionem primi sequatur positio summi. unde quia primum. ideo principium.
quia principium. ideo vel actu vel habitu est principiativum. quia
ergo ratio primitatis in aliquo genere est ratio principii in illo.
ideo quia pater est primum respectu emanationis generationis
et processionis generat et spirat et quia primum in genere generationis.
quia innascibilis primum in genere spirationis quia dicitur im-
processibilis. ideo generat quia dicitur innascibilis et ulterius non est quaestio.
quare est innascibilis. cum enim innascibilitas dicat primitatem. et tantus
in persona sit. ideo etc. et hoc est quod dicitur in d. xxix. dicitur principium.
pater est principium. toti deitatis quia a nullo et hoc est quod in
pluribus locis supra per suppositum est. ¶ Quidam autem monet ad
hoc dicendum. primo antiquo positio magistrorum magnorum qui dixerunt
quod innascibilitas in patre dicat fontalem plenitu-
dinem. fontalis autem plenitudo consistit in producendo
sed constat quod non ideo quia creaturam producat dicitur
in eo fontalis plenitudo. quia hic convenit tribus. nec
ideo quod producit spiritum sanctum quia hoc convenit filio. ergo fontalis ple-
nitudo in patre post generationem in eodem. sic ergo innascibilitas
est fontalis plenitudo. patet etc. Movet etiam communis opinio
que dicit innascibilitatem esse proprium patris. sed non potest esse proprium
et maxime proprium quod dicat notionem secundum quod importat pri-
vationem. sic enim convenit essentie et spiritui sancto. ergo
ad positivum non absolutum. constat. quia ratione illius non
posset esse proprietas. sed non potest ponere nisi positivum respectum
producentis. ergo de ratione sua ponit respectum producti.
sed secundum rationem intelligendi prima ratio respiciendi
aliquid ut productum est generatio. ergo ad innascibilitatem ponit. etc. post
generationem ergo etc. Movet etiam verbum hylarii .xii.
de trinitate ubi dicit pater est auctor filii. Constat
autem quod per auctorem intelligitur non factorem. sed genitorem.
eo igitur convenit patri esse genitorem quo convenit
ei esse auctorem. auctorem autem convenit ei esse propter id
quod dicitur auctorem esse in patre. sed summa auctoritas est
in patre in ratione innascibilitatis ergo convenit ypostasi patris ratione
innascibilitatis generare. et hoc videntur dicere verba hylarii.
xii. de trinitate. si quis ascendat. et cetera in capitulo.
Movet et verbum philosophi qui dicit quod principia quanto sunt
priora. tanto sunt potentiora. et quod causa prima plus
influit --- et quod simpliciter primum summe habet influere per
omnem modum. si ergo videmus in ordine causarum
inter quas est ordo essentialis. quod primitas facit esse
summam influentiam in causa. et maiorem in-
fluentiam secundum essentiam pari ratione ubi est ordo
personarum primitas in persona primo est ratio producendi alias.
et quia innascibilis primitatem dicit. hinc est quod dicit fon-
talem plenitudinem respectu productionis personalis.
et huius signum videmus quod prima ingenitus. sunt

personis

pn̄c aliorum. et que sunt simplicia ut complexa ergo in
esse stat. hnt proprie ultimata. sic punctus respectu
linearum. et unitas respectu numerorum. sic etiam divina
essentia. quia prima est respectu creaturarum. unde per
tallis quia divina essentia est prima. ideo est omnipoten
tissima. et quia omnis essentia sequitur essentia
trium personarum. in qua est quasi prima persona producens ad
sui alteram. quilibet autem proprie producendi respectu
personarum infinitarum non debuit esse sicut supra
monstratum est. attamen si per impossibile poneretur quod
mille persone producerent necesse esset quod omnes
in ea procederet a patre. quia sicut tamen prima nec
cessario in omni productione sequitur in modo operare
sic sive modo ipsius. addit etiam mouet ratio. sicut est
possibile intelligi ypostasi patris et filii. non intellecta
ypostasi spiritus sancti. sic etiam possibile est intelligi ypostasi
patris nulla alia persona intellecta. tunc quid intel
ligitur non intellecta paternitate certum est quod possibile
est hec intelligi. possibile est enim intellecta patris paternitate
intelligere divina natura et habente illa et quod
illa non habeat ab alio et in intelligit gentiles si
igitur intelligendo contingit de isto dicere et in
telligere quod possit generare. per quid ergo potest non inueniri
in illa ypostasi non esse preter innascibile ergo signo non
potest ei in esse per in quod est esse in est per in quod est proprium
hanc autem est innascibilitas. ergo etc. ¶ Rursus sicut videmus
plures personas divina non sic plures proprietates divina persona ergo sicut
ad perfectionem completissimam necesse est omnes personas
reduci ad unam que sit principium aliarum. sic omnes proprietates
unius persone ad unam que sit radix aliarum sed in patre est pa
ternitas et innascibilitas et spiratio sed innascibilitas non est re
reductibilis ad alias. ergo necesse est quod alie reducantur
ad innascibilitatem que est sicut dixerunt fontalis plenitudo.
amplius paternitas et generationis proprietas quantum est
de generali sua significatione communicabilis est. quod patet
in creaturis. quia cum generans generat et filius unius
sit pater alterius. In divinis autem paternitas est in
communicabilis. ergo cum hoc non sit de ratione alicuius
quod est incommunicabilis. hanc autem est innascibilitas sive primitas
quia primum non potest dare alii primitatem et innascibilis
non potest generare innascibilem ergo videtur quod in divinis ypostasis
patris ideo generet quia innascibilis postremo cum idem
sit primum et principium sic patet ut philosophus dicit autem ideo est
primum quia principium autem ergo constat quod ideo
convenit ei ratio principii quia est primum ideo prius
sed hec reconstat. quod statutus est in primo et principio. non quia
principium. sed quia primum. reconstat quod illa est condi
tio nobilitatis ergo cum pater sit tote deitatis principium.
ut dicit augustinus. hoc est quia est prima persona. ac per hoc
quia innascibilis. sed sine preiudicio aliorum dicendum est.
¶ Utrumque enim harum positionum magna est et neutra est contemp
nenda sed autem videtur magis cadere in intel
lectu. quia primo. magis attendat sic respiciat ipsi paternitatis
proprie acceptio que est vere relatio. et sicut natura
cum filiatione. nec potest abstrahi a natura

proprietate/relationis. Unde ista in importat habitudines
ad filium sic generare. videtur alia proprie intelligibilius
ut. et hoc melius patebit infra. cum agetur de innasci
bilitate. ——— ——— ———
¶ Non est autem pretermittendum quia cum queritur utrum pater generat
quia pater/an econverso solet sic quedam distinctio exco
quod paternitas a qua nomen patris imponitur potest considerari
ut proprietas vel ut relatio si consideretur ut proprietas sic
est prior quam pater in quantum persona talis. et sic quia est
proprietas personalis. et quia omnis actus qui convenit
supposito intellectus convenire ratione alicuius proprietatis et
qualitatis et formarum. hoc modo actum. generare convenit persone
patris. et intelligitur convenire quia est pater. Si autem
consideretur paternitas ut relatio cum relatio dicatur
respectu ad alterum. scilicet ad filium sic necessario supponit
intellectum filii. et intellectus filii intellectum generationis
ac per hoc quantum ad rationem intelligendi. in
tellectus paternitatis intellectum presupponit genera
tionis. et secundum ad hunc intellectum verum est. quia ideo est
pater quia generat et secundum has duas vias determinari
posse videntur rationes que fuerunt ad partes oppositas.
¶ Huic autem distinctioni obviare videntur
plura. Ista talis distinctio nec videtur in se valere
nec ad propositum. In se quidem videtur a rectitudine
deviare. primo quia in divinis relatio est supra ad proprietates
sive in plus quia quatuor quamvis non sit in divinis proprietas
in creaturis et supra. omnis est personalis proprietas et relatio.
sed non econverso. sed inter infimis et supra. nulla cadit distinctio.
nichil est enim dicere quod albedo potest esse nomen qualitatis.
et nomen coloris ¶ Igitur sic nulla est distinctio. cum
distinguitur quod paternitas potest esse nomen proprietatis
vel relationis. Rursus nullum nomen in divinis potest
esse proprium persone. nisi dicatur in ad alterum. dicitur enim
quod in divinis absolute dicitur necessario dicitur de tribus
sicut vult augustinus. Si ergo paternitas nomen est proprietate
sed non est nisi quia dicitur respectu persone ad personam.
ergo circumscripta relatione per intellectum iam non
erit proprietas ¶ Intellectus igitur relationis in divinis
non potest circumscribi ab intellectu proprietatis sive
re sive nomine. Si ergo nulla cadit distinctio inter ea
quorum unum est ratio intelligendi reliquum et ea quorum
unum non potest aliquo modo intelligi altero circumscripto
redditur igitur quod nulla sit predicta distinctio. scilicet quod
paternitas possit esse proprietas vel relatio. Item apud philosophum
paternitas pertinet proprietas in divinis aliquid predicatur
aut ergo in quid aut in quale aut in quo se habet. si
in quid ergo nomen in magis est substantie nomen quam proprietatis
si in quale. et omne quod predicatur in divinis ut in
quale transit in substantiam. sicut vult boetius et augustinus.
et nichil tale est proprium persone. ergo paternitas non est proprium
persone. Restat ergo quod predicatur ut quo se habet. et
aliud modum non est assignare secundum quem ~~proprie~~ quod
a paternitate dicitur predicetur et illud clarius
apparet quia non respondetur ad questionem factam
per quale sed per quo se habet ergo ut proprietas est in

portat habitudinem ad alterum. vel relationem ergo in ipsa est vir-
tute sustinere predicta distinctionem. postremo cum dicitur
quia paternitas potest esse relatio vel proprietas aut
proprietas est hec est secundum diversitatem a parte rei aut
secundum diversitatem a parte intellectus non secundum diversi-
tatem a parte rei hoc constat quia omnino ibi est
summa simplicitas. et ideo idem est generare et esse pa-
trem et paternitas et generatio erit igitur secundum di-
versitatem a parte intellectus. sed contra sicut in-
tellectus noster ——— imposuit vocabulum generandi
productioni vel emanationi sic imposuit vocabulum
paternitatis. ipsi habitudini et relationi sic ergo
non distinguitur quod generare possit notare proprie-
tatem personae vel productionem filii nec videtur ratio-
nabiliter posse distingui ideo quod est pater. ¶ Ve-
runtamen predicta distinctio non valet ad propositum
dicitur enim quod intellectus paternitatis ut est relatio
presupponit intellectum generationis et hoc secundum rationem
intelligendi. quamvis in quantum est proprietas sit econverso.
¶ Sed ergo quicquid est prius aliquo secundum rem vel
intellectum quod est prius tempore secundum rem vel intellectum
necessario illud primum est prius illo posteriori eodem modo prioritatis
tis et natura. sed illud a quo non convertitur consequen-
tia et quod hoc ratione superioris prius est. ergo cum relatio
sic se habeat ad proprietatem quod intellectus paternitatis
ut est relatio preambulans est ad intellectum paterni-
tatis ut est proprietas et generationis intellectus preambulus
est ad intellectum paternitatis ut est relatio secundum predictam
distinctionem. ergo quod preambulus est ad intel-
lectum eiusdem ut est proprietas. per illam maximam quicquid
est prius priore. accipiatur hec sane quantum ad
nostrum intelligere quia in divinis proprie non contingit prius
et posterius reperire. ¶ Rursus intellectus positivus
in eodem respectu eiusdem antecedit intellectum pri-
vativum sicut consequentia antecedit contrarium et sic
affirmatio antecedit negationem. sed paternitas ut
est relatio dicit primum habitudinem ad filium ut est proprietas dicit
distinctionem patris a filio quia proprium est quod con-
venit soli ergo intellectus paternitatis ut est relatio preambulus
est ad intellectum eiusdem ut est proprietas. ergo si
paternitas consequitur intellectum generationis secundum nostrum
intelligere in quantum relatio. restat quod in quantum proprietas. ¶ Amplius
quocumque modo accipiatur paternitas verum est dicere de
eo qui genuit quod est pater etiam si non generet actu
nec generet de futuro. ergo potest intelligi paternitas
esse aliquem absque hoc quod in actu generet. sed igitur
propria ratio alicuius vere et intellectu potest esse aliquid est
ratio vel quod nullo modo paternitas sit ratio gene-
randi. si tu dicas hoc esse verum de paternitate in
creatura non in creatore. ¶ Contra hoc est quod pater-
nitas non sumitur equivoce hic et ibi ergo intellectus
et ratio intelligendi consimilis est. sic et consimilis est ratio
nominandi et imponendi quicquid sit ex parte rei. postremo
tremo ita est filiatio proprietas filii et relatio sic
et paternitas patris. Sed quocumque modo accipiatur

filiatio sive ut proprietas sive ut relatio semper est
verum dicere quod filius est filius. quia genitus et hoc sepe dicit
Augustinus et sermone de purificatione beate virginis et
Iulianus de trinitate. et hoc ipsum dicit Gregorius et Hylarius super De trinitate.
ergo quocumque modo accipiatur paternitas semper est verum
dicere quod ideo est pater quia generat. videtur igitur
quod predicta distinctio nec insit nec ad propositum
habeat efficaciam. sed talia plura obici possunt contra
distinctionem predictam. ¶ Siquis igitur predictam distinc-
tionem superficialiter intelligat estimo quod plurima inve-
niet sibi obviantia. sed si vim vocabuli attenderit
satisfiet lucide quod videtur ambiguum. planum est enim
quod paternitatis vocabulum circa personam de qua dicitur duo
insinuat et fecunditatem per quam est principium filii et
habitudinem secundum quam refertur ad ipsum. Siquis igitur
in predicta distinctione qua dicitur quod paternitas potest con-
siderari sub ratione proprietatis et relationis intelligit
fieri distinctionem inter intellectum fecunditatis et habi-
tudinis consequentis cessat calumpnia verborum et in
portunitas obiectionum. nullus enim sane mentis dubi-
tat quin fecunditas non secundum rationem intelligendi
precedat ipsam productionem generationis. et quam ipsa habitudo
consequatur secundum rationem intelligendi secundum ipsam
generationem. numquam enim pater intelligitur generare
filium nisi quia intelligitur esse fecunditas in ipso. numquam
est intelligitur referri nisi intelligatur habere filium et sic intel-
lectus paternitatis ratione fecunditatis preambulus
est ad intellectum generationis sive actum generandi secundum
rationem intelligendi. ¶ Intellectus vero habitudinis
relationis est e contrario. sic igitur manifestum est quod si loquimur
de hoc nomine pater quantum ad intellectum ultimum.
a quo nomen imponitur qualiscumque fiat distinctio quod
non ideo generat quia pater sed magis econverso licet pos-
simus concedere quod ideo generat quia pater quantum
ad intellectum fecunditatis que est quasi pre-
ambulans et per hoc possunt evitari omnes obiec-
tiones precedentes. ¶ Consimilis etiam modus
distinguendi valet ad multas alias questiones ut
potest utrum pater genuit quia innascibilis quia quantum
ad intellectum primum quia privativus est innascibilitas.
non est generandi ratio sed quantum ad consequentem qui
est fontalis plenitudo. verumtamen etiam ad questionem utrum potentia
generandi dicatur secundum substantiam an secundum relationem.
valet nichilominus ad questionem que queritur utrum abs-
tractis proprietatibus sit intelligere distinctionem ypo-
stasium et multe per hoc opiniones possunt reduci
ad concordantiam que repugnare videntur. ¶ In
huiusmodi enim questionibus de proprietatibus non modicum mihi con-
stituit intellectum quod nova preceptione fuerunt
et ideo non est tibi alteri parti nimis adherendum
pro eo quod controversia de nominibus est principalibus re-
linquenda iuxta philosophie documentum. Ex
his ergo patet quod una predictarum partium sive
opinionum alteram non impugnat. qui potius ad-
iuvat ad veritatem dilucidandam dum est utraque ponit [illegible].

siue pambula

generandi

qr. s. persona innascibilis est innascibilis uno

generationis competit patri per rationem fecunditatis per
modum nature. Hoc omnino sentimus. Cum autem
dicatur fecunditatem illam importari per hec duo nomina
paternitas et innascibilitas non contradicunt. quia
paternitas importat fecunditatem quantum ad in
tellectum primum. sed innascibilitas quantum ad conse
quentem. paternitas etiam importat ipsam fecundita
tem ut est ratio generandi proxima sed innascibilitas.
ut est ratio prima. paternitas enim fecunditatem im
portat respectu actus generandi determinate et ita
significat rationem proximam sed innascibilitas non primam. quod
sic dico magister infra pater est principium totius divinitatis
quia a nullo. et sic queritur quare magis persona patris
est fecunda ad generandum quam alia persona ratio
est hec. quia ipsa est prima et ita a nullo. et hec impor
tat hoc nomen innascibilis sicut infra videbitur
nec ulterius restat alia questio ibi status. Si
autem queratur ulterius utrum fecunditas que patris
in generando sit dicta secundum substantiam. an secundum relationem
dicere oportet quia quodam medium tenet inter utrumque.
quia fecunditas in generando secundum naturam res
picit que est una in pluribus fecunditas etiam respi
cit illum qui per eam producitur. et quantum ad primum dicitur quod
est quantum ad secundum dico proprietatem quod per ambula est
ad illam determinatam habitudinem a qua imponitur
nomen paternitatis tamquam a completivo nominis in
tellectum quia tamen dicitur maxime ad personam. hoc modo
oportet quod inter ea reponatur que relative dicuntur

Siquis ulterius querat utrum hac fecunditate
abstracta sit intelligere ypostases et divinas
distinctas oportet dicere quod non. quia cum non
sit distinctio ibi qualitatis. sed origo in persone
siue ypostasis non possit distingui qualitate
necesse est quod distinguatur origine. origo autem
ubi fecunditas non est esse non potest et sic fecun
ditate abstracta ab ypostasi patris nulla potest
intelligi personarum pluralitas sed nec ipsa illa siue
ypostasis illa intelligi ut completa. quia sicut
completio persone filii consistit in nativitate
sic completio persone patris in ipsa fecunditate
producendi per modum nature. Siquis tamen req
uirat quare fecunditas ad generandum est in sola patris
persona cum ita perfecta sit natura in filio ut in patre
huius alia ratione non video nisi quia persona patris
est prima et ideo principium potest esse respectu emana
tionis primarie que est per modum nature respectu
cuius necesse est principium individuum quandam auctoritatem
habere cum omnia que ibi ponuntur ad summam perveniant
dignitatem. et quia innascibilitas importat illam
primitatem. hinc est quod ex consequenti intellectu
importat ipsam fecunditatem. Cum his prius sup
positis intellectis manifeste apparet quod
verba doctorum precedentium que videntur esse contraria
concidunt in unitatem. una non solum quantum
ad genera presentes. sed etiam quantum ad multas

alias. Verum enim est quod pater quia pater generat. Si enim
loquamur de hoc nomine pater quantum ad intellectum ultimum
a quo nomen imponitur sic ideo generat quia est pater
sed magis econverso quia nomen paternitatis a relatione
impositum est tamquam a ultimo completivo. Si vero
loquamur quantum ad intellectum primum siue per am
bulum. ideo generat quia pater. sed est ideo generat quia
in eo est fecunditas ad generandum. nam paternitas
circa id de quo dicitur implicat fecunditatem
nullus autem umquam negavit hoc. pater generat
quia fecundus. Et si aliquis dicat quod nomine pater
nitatis non importatur fecunditas tunc non erit
controversia nisi de nominibus. Hec autem principaliter
relinquo et sic una istarum opinionum siquis recte
intelligat alteram non impugnat. Verum est etiam
quod pater generat quia innascibilis et quod non generatur
quia innascibilis. Si enim loquamur de innascibilitate quantum ad
intellectum primum. sic dico privationem siue negationem
nec est potentia generandi sed impotentia a generando
et a paternitate distincta. Si autem loquamur quantum
ad intellectum consequentem. scilicet quantum ad fecun
ditatem siue fontalem plenitudinem sic verum est
dicere quod generat quia innascibilis. et siquis dicat
quod innascibilitas nec principaliter nec ex consequenti
importat fecunditatem siue fontalitatis plenitu
dinem tunc similiter controversia erit de nomine set
videtur quod hoc est quod possit dicere quod innascibilitas
sit proprietas patris nisi dicat ex consequenti aliquid
respectu positivum. Sed de hoc satis predictum est.
Verum est nichilominus quia ipsa fecunditas in nomine
patris importatur secundum intellectum per ambulum et in nomine
innascibilis secundum intellectum consequentem. dicitur
quod substantia. dicitur etiam secundum relationem. secundum est potentia generandi.
Nam predicto utitur ipsi nature. et quantum ad hoc
est dictum secundum substantiam. dico nichil respectu persone
producentis ad personam productam. et quantum ad hoc necesse
est quod dicatur secundum relationem. sic ille due opi
niones non habent repugnantiam quarum una dicit
quod potentia generandi dicatur secundum substantiam. et alia dicit quod
dicatur secundum relationem. Verum est etiam quod abstractis proprie
tatibus non est intelligere tres ypostases et sic quia
eisdem abstractis contingit intelligere tres. Si
enim abstrahantur proprietates et quantum paternitas
dicit fecunditatem et filiatio et processio dicit
originem siue emanationem. impossibile est intelligere
distinctionem. quia non intelligeret quia ab
alio et aliquis alius circumscripta fecunditate et origine.

Si autem abstrahantur hee proprietates. scilicet paternitas
et filiatio quantum ad speciales habitudines quas
importat. sic contingit distinctionem intelligere in
ypostasibus. pro eo quod contingit intelligere emana
tionem unius ab altera. non intellecta habi
tudine paternitatis et filiationis. sic splendor
a luce procedit nec tamen iste dicitur filius. nec
ille pater. Ex his igitur colligitur quod multe opiniones

uidentur esse contrarie. que tamen in una concordant ueritate. Propterea omnes opiniones predictas in precedentibus sustinui. et credo esse sustinendas aliquo modo non enim decet iuniores antiquorum aspernari sententias sed humiliter uenerari et fideliter explicare quia non est credendum quod magni amatores et inquisitores ueritatis celebres ponentes suas dixerint siue tamen in omnibus autem dictis precipue tamen dicendi precipue consideranda est. Nam quod superficialiter uidetur falsum frequenter inuenitur uerum cum pertingitur ad intentionem dicentium. Magis autem ad alteram partem harum ponimus uisum declinare propter intellectum uocabulorum magistrorum proprium et consuetum quamuis si sane intelligatur ceteras esse ueras et probabiles existimo si quis uelit eas fideliter pertractare. Illud enim quod dictum est primo quod pater ideo est pater quia generat dicimus pulcrius nominis intellectum qui generationem secundum rationem intelligendi consequitur. quamuis aliter sit secundum perambulum et ideo quia nomen cadit in intellectum nostrum secundum illud a quo ultimo imponitur ideo melius capitur quod pater est pater quia generat quam econuerso. Illud etiam quod dictum est quod pater generat quia innascibilis dictum est per consequentem intellectum est quia innascibilitas habet quod sit principium et etiam quia ibi terminatur dubitantis inquisitio status enim est in primo. Inter autem quod dico primum nolo notare ordinem quo aliter prius aliter posterior sed quia alterum est alterius nec in hoc intelligendum est quod innascibilitas sit propria ratio generandi cum dicat fontalem plenitudinem. Sed quod illa primo et principaliter respicit secundum modum emanandi scilicet per generationem. Illud quod dictum est supra di. vii. quod ponitur generandi est dictum secundum relationem hoc dictum est per intellectum ultimum scilicet generationis super addite propter quod dicit respectum persone ad personam qui quidem respectus non est in qualibet persona quia potentia importat unitatem nature ut est principium persone et nomen principii secundum quod accipitur respectum persone dictum est secundum relationem sit et nomen fecunditatis siue potentia generandi non re primi intellectus sed ultimi ad modum dicitur secundum relationem hec reducitur. Illud uero quod dictum est supra di. xxvi. quod abstractis proprietatibus non est intelligere distinctionem in ypostasibus ideo dictum est secundum plenum intellectum nominis proprietas enim utrumque importat secundum habitudinem et originem siue fecunditatem et sine hiis non est intelligere personarum distinctionem. Sic nec esse non est intelligendum quod origo inter aliqua possit intelligi preter omnem habitudinem hoc enim non est intelligibile sed quod potest intelligi preter illas habitudines que sunt paternitas et filiatio quod igitur aliqua predictarum positionum uideatur excedere reliquas hoc est solum secundum aliquam proprietatem uocabuli et qui aspicit aliam proprietatem uocabuli ita bene potest dicere oppositum sicut propositum sine repugnantia. Et propterea qui innituntur que harum opinionum fere uerior arbitror quia rixantur de lana caprina et sed aliquatulum plures dicta sunt. propter quod ualent ad sane intelligendum multa que dicuntur in precedentibus.

Tertio queritur utrum contingat proprietates abstrahi et quod non uidetur quia omnis abstractio supponit concretionem sed in deo solum proprie est concretio in quibus est denominatiua predicatio. ergo si hec est in accidentibus tantum. uidetur quod ubicumque est ponere proprietatem abstrahi est ponere proprietatem accidentalem sed talis nullo modo ponitur in diuinis ergo etc. Item ubicumque est abstractio abstractum est simplicius concreto sed non habet instantia sed in diuinis non est maior simplicitas et minor cum omne quod est ibi sit simplicissimum et sine tota simplicitatis. ergo in diuinis non cadit abstractio. Item omnis abstractio aut est uniuersalis aut particularis aut est forme a materia sed in diuinis neque est uniuersale nec particulare nec forma nec materia. ergo in diuinis non est abstractio. Item quandocumque abstrahitur aliquid ab alio minus est quod remanet quam ante abstractionem erat quia utrumque adest. nichil est non abstrahitur ab aliquo nec nichil alio. sed aliquid ab aliquo ergo si paternitas absoluta uel ypostasis est abstracta ergo minus habet de entitate quam cum paternitate. Ergo concedis abstracta intelligitur ypostasis esse deus ergo si minus habet de entitate quam cum paternitate intelligitur deus non habet summum esse contra magistrum dicto in littera. paternitas filiatio et processio ipsas tamen relationes significant aut ergo ad hoc respondet in eo aut nichil si nichil ergo filio et innascibili significant quid ergo uidetur quod sunt abstrahibiles a parte rei. Item non intellecto filio nichilominus potest intelligi ypostasis patris esse sed non intellecto filio non potest intelligi paternitas ergo abstracta proprietate adhuc potest intelligi ypostasis illa esse cuius erat proprietas. Sed quecumque aliqua duo sic se habent quod unum potest intelligi sine alio unum potest abstrahi ab altero. ergo uere potest intelligi proprietas abstrahi ab ypostasi. Item cum dico pater intelligo habentem numen cum proprietate in concreto. Sed constat hoc totum non simul intelligi ergo prius unum post alterum ergo prius intelligo numen deinde habentem. Item tertio proprietate separabile ergo unumquodque per se est intelligibile sine subiecto ergo et proprietas. ergo ab ipso est abstrahibilis. Si tu dicas modo quod a parte intellectus potest abstrahi sed non a parte rei contra hec si abstractio est solum a parte modi intelligendi ergo nomina et pronomina non differunt nisi solo modo loquendi et hoc est quod supra improbatum. Item relatio in diuinis est uera relatio quia ut dicit Boetius deus non est sine relatiue relatus sed ubi est uera quantitas et quantum ibi est uera abstractio non tamen a parte intellectus sed etiam a parte rei ergo pari ratione ubi est uera relatio et uere relatus ibi est uera abstractio. Item quandocumque aliqua proprietas habet distingui ab alia secundum rem a qua non distinguitur

Ad hoc dicendum quod sicut exemplar secundum proprietatem vocabuli dicit expressionem per modum actiuum. unde exemplar dicitur ad cuius imitationem fit aliud. sic econtrario ymago per modum passiuum. et dicitur ymago que alterum exprimit et ymitatur. et hoc modo accipitur ymago duplex secundum quod duplex est expressio. scilicet vel in nature unitate vel in nature diuersitate in nature equalitate siue unitate sic filius imperatoris dicitur ymago patris. In nature diuersitate sicut ymago imperatoris est in nummo. sic respectu dei dicitur ymago per expressionem secundum ydemptitatem nature. et sic est ymago increata et dicitur notionaliter siue secundum relationem. quia ymago dicit emanationem. emanatio autem in unitate nature non est nisi persone. dicitur etiam quod ymago per expressionem et diuersitatem nature. et sic dicitur ymago creata respectu trinitatis. et sic patet quod ymago in diuinis accepta dicitur secundum relationem persone ad personam et hoc per uiam expressationis. sicut probant rationes ad hoc inducte sed quemadmodum contingit abuti nomine exemplaris ut dicitur exemplar quod ad ymaginem alterius fit. sic econtrario contingit abuti ymagine ut dicitur ymago. ad cuius expressionem fit aliquid. et sic cum creatura fiat ad expressionem unitatis essentie in trinitate personarum potest dici ymago de tota trinitate. et sic dicitur ymago ymaginationis cum de ratione nominis dicatur ymaginatum sicut exemplar dicitur exemplatum abusiue. quamuis exemplar sit exemplans. et secundum illum modum videntur accepisse hylarius et beda. ut dicit magister. xvj. d. ij. li. tamen potest dici quod utrique loquuntur de ymagine creata que cum sit respectu unius essentie est communis. ymago trium personarum. et indicat unitatem substantie in tribus. unde nunquam ymago per se dicitur ad se quia semper dicit respectum vel ad aliam personam vel ad creaturam sicut creature ad diuinam naturam. nunquam etiam dicitur pure secundum substantiam quia semper notat vel distinctionem interius vel exterius. unde ymago non dicitur essentia simpliciter. sed essentia ut in tribus personis considerata cum proprietate personis. Quando ymago dicitur secundum relationem personalem prout dicitur ymago eterna. et concedende sunt. auctoritates et rationes ad hoc. Ad auctoritates in oppositum patet responsio. Ad illud ergo quod obicitur quod exemplar dicitur essentialiter. ergo etc. dicendum quod non est simile. quia tota trinitas est principium. et ideo quia

ex intellectu producentis dicitur. unde secundum substantiam
dicitur reducit toti trinitati. sed non toti trinitas
est principiata. et quia dicitur ratione producti
proprie ideo non convenit toti trinitati nec dicitur
secundum substantiam. ¶ Ad illud quod obicitur quod ad hoc quod sit
ymago debet exprimere distinctionem et ordinem
dicendum quod illud verum est de ymagine que est rei
habentis distinctionem et ordinem sicut habet homo
in partibus anime. scilicet in potentiis et tota trinitas in
personis. sed cum res cuius est ymago non habeat
distinctionem ut puta una persona non oportet
sic exprimi. vel potest dici quod illud verum est quando ymago
substantialiter differt. tunc enim ad hoc quod expresse exprimat
necesse est imitari in conditionibus generalibus
substantiam. sed cum non imitatur in eadem forma
substantiali non oportet.

Secundo queritur utrum ymago sit proprium filii.
et quod sic videtur per hylarium in exposita appropria
tione. eternitas in patre. species in ymaginem
usus in munere. pater dicitur principium. filius mun
ergo si recte ponuntur ex equo ymago dicitur
proprie de filio. ¶ Item augustinus vi. de trinitate. solus
filius est ymago patris et expressius eo filius quo
ymago et verbum. ergo secundum hoc cum filius dicatur
personali relatione. pater etc. ¶ Item ymago
est similitudo expressa et in divinis similitudo
expressissima non potest esse nisi respectu plurium
distinctorum. si ergo filius est ab uno spiritus sanctus equaliter
a duobus ergo non potest esse ymago. ¶ Item
ymago in divinis attenditur secundum imitationem
persone non essentie quando est ymago essentie. sed
persone ergo ad hoc quod una persona sit ymago
alterius necesse est quod illam imitetur. in eo quod
respicit personam ut personam sed emanatio vel
productio respicit personam ut personam. nam pro
ductio creature respicit substantiam. cum ergo solus
filius imitetur patrem in productione per
sone solus filius est ymago. ¶ Contra damascenus
dicit quod spiritus sanctus est ymago filii. ergo non est filii proprium
esse ymaginem. ¶ Item hoc videtur per rationem
diffinitionem hylarii. ymago est species rei
ad quam ymaginatur species indifferens. sed hoc
convenit spiritui sancto. ergo et ymago. ¶ Item hoc
videtur per rationem. quia ad ymaginem ista
duo sufficiunt. scilicet imitatio secundum similitudinem
et secundum equalitatem. sed hec duo est reperire in persona
spiritus sancti. ergo etc. ¶ Item sicut filius procedit a patre
ut exprimens patrem. ita spiritus sanctus a filio ut expri
mens filium. ergo quemadmodum est ymago
filius patris. ita spiritus sanctus est ymago filii.
¶ Responsio. dicendum quod ymago in divinis non tantum
dicit expressionem persone. sed etiam expressionem
in summo. expressio autem in summo duo ponit. scilicet quod
sit unius ad unum et quod sit secundum omnem modum
quod sit unius ad unum ponit per hoc quod illud quod

per superhabundantiam dicitur uni soli convenit
et ideo si sit essentiale essentie. si personale persone. sed
unum in summo non potest exprimere plura vel plures.
unum in quantum in qua nulla est diversitas. similiter unum
summe non potest exprimi a pluribus ut plures
sunt. quia tunc omnino indifferentes essent.
ponit etiam et videlicet ut sit expressio secundum omnem
modum. nam si ex aliquo respectu non habet expri
mere non exprimeret summe. propter illam primam
rationem solus filius est ymago quia solus
ab uno procedit. spiritus autem sanctus a duobus et ideo equaliter
utrumque exprimit et ideo neutrum in summo. propter
secundam rationem solus filius est ymago quia
secundum omnem respectum habet rationem exprimendi
et in quantum comparatur ad illum a quo est
et in quantum comparatur ad illum qui ex ipso est
in quantum comparatur ad illum a quo quia exit
per modum nature. et ita per modum verbi et spe
ciei per modum similitudinis expresse. In quantum
comparatur ad illum qui est ex eo quia per
omnia eadem modo spirat filius ut pater. spiritus sanctus
autem in nullo horum convenit. ideo ratio yma
ginis est in solo filio quia ab uno tantum procedit
et quia per modum nature quia etiam consimiliter
producit spiritum sanctum scilicet. media tamen ratio.
quia per modum nature est ratio propria. alie non
faciunt ad congruitatem. concedendum igitur
quod solus filius loquendo proprie est ymago. et eo
quo filius est ymago et eo ipso verbum. sed filius
dicitur respectu solum ad patrem. ymago prin
cipaliter ad patrem. sed consequenter respectu
ad aliam personam. verbum principaliter respectu ad
patrem et consequenter dicitur respectu ad crea
turam. secundum eundem. notiones sunt ipsius filii tamen
alionis rationis significata. unde non est super
fluitas. ¶ Ad illud ergo quod obicitur de
damasceno. dicendum quod damascenus fuit
grecus. greci autem non ita proprie accipiunt
rationem ymaginis ut latini. quia nec de
origine personarum sic sane intelligunt ut
potest dici quod secundum augustinum et damascenum in
telligitur causaliter quia reformat nos
ad ymaginem christi. ¶ Ad illud quod obicitur
quod diffinitio ymaginis convenit spiritui
sancto dicendum quod sicut infra patebit quod species
ut ibi accipitur convenit soli filio. ¶ Ad illud
quod obicitur de assimilatione et equalitate
dicendum quod filius non dicitur ymago propter assimilationem
in substantia sed propter modum emanandi. et in hoc non
habet spiritus sanctus expressissimam similitudinem nec
cum filio nec cum patre. ideo nullus est
ymago.

Tertio queritur quare eternitas appropriatur pa
tri species ymagini et usus muneri videtur
quod non sit bona appropriatio hylarii

quia omnes divine persone simul coeterne sunt.
et coequales. eternitas abstrahit. hic ab actu
persone. ergo non est appropriabile. Item quare quod species ap
propriatur ymagini. aut enim sumitur ubi species
ut species dicitur forma vel essentia aut pulc
ritudo. Si forma sive natura nulli est appropriabile
sic nec species. Si aut pulchritudo. sed pulchri
tudo ymaginis refertur ad prototypum ergo ad
patrem. ergo illi debet appropriari. Item dyonisius
dicit quod bonum et pulchrum idem vel se consequuntur
ergo cum bonitas sit appropriabilis spiritui sancto ergo et pulchri
tudo. Item hylarius dicit quod oportet yma
ginem habere eamdem naturam et speciem auctoris. quare
magis diffinit ymaginem per speciem quam per aliquid
aliorum. Item nomen utendi deo sed solum cre
atura. ergo usus nullo modo est appropriabile. ergo non spiritui sancto.
Responsio dicendum quod ista appropriatio hylarii fuit ad
exemplificandam personarum originem sive emana
tionem. quia ergo persona patris emanatione et
origine caret ideo illud debuit appropriari quod im
portat privationem principii. tale autem est hoc
nomen eternitas. eternum enim est quod principio
caret. et de suo nomine non dicit nisi privationem
omnis principii. et sic patet prima obiectio. Spiritus sanctus
vero procedit per modum voluntatis et amoris. ideo debu
it ei appropriari nomen quod actum exprimit voluntatis. huiusmodi autem
est hoc nomen usus. usus enim est assumere aliquid in
facultatem voluntatis. sive ad utendum sive ad fruendum
quia ergo assumptio ad finem est per amorem similiter ad utendum
quia amor est pondus et ordo. Ideo usus recte
appropriatur spiritui sancto. et sic patet ultima questio. scilicet quod
usus accipitur hic non prout dividitur contra fruitionem
sed prout dicit amoris complexum et actum liberum. Filius
vero emanat per modum nature. et quia emanat
per modum nature. ideo emanat per modum perfecte
et expresse similitudinis. natura enim producit sibi simile
et equale. et quia habet in se rationem expresse simili
tudinis. ideo et cognitionis. quia expressa similitudo
est ratio cognoscendi et quia per modum perfecte
similitudinis et cognitionis. habet in se rationem et
exemplar omnium. Inde est quod habet rationem perfecte
pulchritudinis quia enim est perfecta et expressa
similitudo ideo pulcher est in comparatione
ad eum quem exprimit. quia vero totius cognoscendi
habet et non unius tantum sed totius universitatis ideo
pulcher pulcherrimus ipse mundum mente gerens
pulchritudinem habet in comparatione. ad omnem
pulchritudinem extam ex hiis duobus relinquitur
perfectissima pulchritudo. sic enim dicit augustinus.
pulchritudo non est nisi quam equalitas numerosa
quia igitur in comparatione ad patrem habet pulc
ritudinem equalitatis quia perfecte exprimit sic
pulchra ymago. In comparatione vero ad
res habet omnes rationes. secundum quod dicit augustinus. quod
est ars plena omnium rationum viventium

ideo patet quod in filio recte reperitur ratio omnis
pulcritudinis. et cogitur quod filius per modum nature
emanat habet rationem perfecte et expresse similitudinis
eo quod habet rationem perfecte similitudinis habet rationem
cognitionis. ratione utriusque habet rationem pulc
ritudinis. quia igitur nomen speciei importat similitudinem
et importat cognoscendi rationem importat etiam
pulchritudinem. ut species quid permi digna est
imperio. ideo elegantissime appropriatur filio. pater
ergo querit illud nomen magis appropriat hylarius
filio quam aliud. quare etiam magis diffinit ymaginem
per hoc nomen quam per aliquid aliud. Ad illud ergo quod obicitur
quod pulchritudo ymaginis refertur ad prototypum dicendum
quod verum est. sed tamen aliter refertur honor aliter pulc
ritudo et quia honor ymaginis sive picture ita refertur
ad prototypum quod in ipsa non est sedem sed honor
sicut patet. si honoretur ycona beati nicolay set
pulcritudo ita refertur ad prothotypum. quia nichilominus
est in ymagine pulchritudinis. non solum in deo cuius
est ymago et propter ubi reperitur duplex ratio pulcritudinis
qualis in eo cuius est non nisi una invenitur.
quod patet quia ymago dicitur pulchra quando
bene protracta est. dicitur etiam pulchra quando bene rep
resentat illum ad quem est. quod ista sit alia ratio
pulcritudinis patet quia contingit unam esse sine
alia. quemadmodum dicitur ymago dyaboli pulchra
quando bene representat. feditatem dyaboli. et tunc fe
da est et ideo hylarius appropriat speciem sive pulcritu
dinem filio magis appropriat sub nomine ymaginis
quam sub nomine filii. Ad illud quod obicitur quod idem est
bonum et pulchrum dicendum est quod dyonisius non
vult dicere quod sint unum ratione. sed quod sunt unum
re. sed quia ratione differunt ideo alicui potest
appropriari unum quod appropriatur alteri.

Consequenter est quod principaliter de appropriatione
augustini. que est in patre unitas. in filio equa
litas. in spiritu sancto unitatis equalitatisque con
cordia. circa hec queruntur tria. Primo quare unitatis deus
possit dici esse unum cum creatura. Secundo utrum crea
tura possit dici unum cum alia creatura. Tertio
de ratione appropriationis illorum trium.

Quod autem deus possit dici unum cum creatura
videtur. per auctoritatem apostoli. i. cor. vi. qui adheret deo
unus spiritus est. sed unus spiritus. ergo unum ens. et unum res
et si hec ergo unum. Item hic qui adheret deo unus
spiritus est. aut creatus. aut sed increatus. sed in creatis
quia deus non est creatura. ergo unus increatus sed spiritus
increatus est deus unus. ergo homo adherens deo est simpliciter
unum cum deo. Item magis unitur medium
extremo quam extremum extremo. sed spiritus sanctus est medium
unionis viros iustos. et viri iusti per ipsum uniti sunt
unum Iohannis xvii. ut sint unum sicut et nos sumus.
ergo iustus vir cum spiritu sancto potest dici unum. Item magis
unitur membrum capiti quam membrum cum membro. ergo
cum membra christi sint unum in christo. multo fortius membrum

e idem capiti. Sz xps est caput no tantu sedm humanitate. sz etia sedm diuinitate. g° zc. ¶ Cont° ex illo qd dicit. Jo. x. ego z pater unu sum' i pugnat s°r heresim arrianam z maxie aug°. ex hoc concludens arriu errare qui dicit filiu aliu hre natura. Si g° iuxta aug°. bona e unu dicit unitate i natura. Sz tali uni° no e unu creator cu creatura. g° zc. ¶ Ite hoc ur alia ratioe quia q magis distant mime sut unu. Sz creato z creatura maxie distant. g° no psunt simp' dici unu. ¶ Ite si sint unu ergo ad unu. Sz si ad unu sunt g° de z creatura. hmt ad que. z si hec uniuocant i aliq. g° cu uniuce simplici sit qua q uniuocant i ipo ad e simplicius deo. ¶ Item si de z creatura sunt unu cum i finitu distat aq libet qua ratioe dicit. unu cum una zeu qualib; sz qcuq; uni zeid sunt ead int se sut ead. g° fm h. omia sut unu. ¶ Pro dd qd sic dic aug°. ad h q aliq sit unu no sufficit coformitas. sz necce e psuppoi ont° i natura. qm g° de z creata summe differut i natia ideo no debet dici unu sicut pbat rationes ad hoc inducte. quia uero ur iustus coformatur p caritate uoluntati diuine z ei adhet mag qua alicui recte dr unu cu determinatoe ut puta un' sps. sps e uolutas dr z amor. Vn qui adhet deo unus sps e. quia uni' z coformis uo°tis e. ¶ Ad i qd obicit qd un' sps g° una res dicend qd ibi e fallia sedm quid z simplr no nimis distrahit a ratioe sua p hoc qd e sps z dicat ibi unitate no p indiuisione siue unitate nature. sz p conformitate uo°tis. ¶ Ad illud qd obicitur creatus aut i creat' aut un' sps. zc. dd. q nec creatus nec increatus. na sps non stat ibi p suba. sz p actu. uoluntatis. z un' no importat n conformitate affectus huani ad diuinam uoluntate siue ad diuinu amore. quia amor transformat amante. i amatum. ¶ Ite ad i qd obr qd sps e mediu uniens. dd. qd unit quatu ad uoluntate sui quantu ad conformitate n. z ideo dnr unu ratoe oformitatis z uo°tis sol. ideo nz ualet. quia ligam sps no e tota causa quia sit unu. ad i q obr quod menb° xpi sut unu dici pot qd menbra x° non dicunt unu sim sz unu corp' z sit. z sic etiaz xps e unu cum mbris. sz r ratione humanitatis assumpte.

Secundo qr utru una creatura psit dici unu cu alia. z q sic. o hoc m. ap°. i. cor. iij. q plantat z qui rigat unu sunt. sz a erat plantas ut paul'. aliu' rigans ut apollo g° fm hoc patet qd una creatura pot dici unu cu alia. ¶ Ite aug° dic z magr pont i littia qd recte dnr unu q conueniunt i natura z uo°te. sz h ht una natia cu alia. g° zc. ¶ Ite dd. gn. xix. itaq ia no duo sz una caro. h dixit de uiro z uxore. sz si sic z uno sunt duo. g° sut unu. g° uir cu uxore pot dici unu z sic zc. ¶ Ite abuntate pncipij materialis uenit unitas simp' que e unitas numo. sz corp' e materiale pnc°m in hoie. qui a adheret meretici unu corp' efficit. sicut dr j. cor. vj. g° unu simplr z sic zc. ¶ Cont° ide simp dictu stat p eode nuo. g° unu simplicit dem stat p uno numero z due creature no sut unu nuo quantucuq; oant. g° no debent dici unu. ¶ Ite si aliq dnr unu qr oueniut i natura. tuc g° cum ho z asinus conueniat i natura sut unu q no conceditur. Si dicas qd ult° requirit coformitas uo°tis. cu g° uiri peccatores oant z i natia z i uo°te. g° debet dici unu q cu no dicunt no sufficit g° coformitas n z uo°tis. ¶ Ite si ho ex coniunctioe meretcis efficit unu cum omis unitas sit a p° unitate. h unitas erit a p° unitate. sz tal' unitas e detestabil'. g° p° unitas fac unitate detestabile g° ipa e uitupabil'. ¶ Pro dd. qd due creature distincte no psut hre unitate n p coformitate quelib; aute coformitas no facit dici unu simpliciter. sz illa q e conformitas simplr no sedm quid ad plenam aut confor° requirit triplex conformitas. s. i nature. i uo°te. z operatione. z qn illa tria coueniunt ad aliq duo tunc illa duo dnr unu sic paulus z apollo i natia conformes quia uterq; ho z uoluntate similir. quia utq salute fidelium cupiat z actione. q quia uterq ad ea pcurada se exercebat. ille plantando z ille rigando. z utriq actio coformis. quia utq; erat p diuini ubi pdicatione. ubu eni diuinum q° iactatu e semi dein accep ratione pluuie. Si aut sit conformitas i na° solis no debet dici unu n sedm qd. s. cum determinatione diminuente. ut unu genere ul' spe. si sol' i uo°te tuc sut unus sps qui dio amore. si unu i natura z uo°te tunc unu corpus z una aia. si unu i natia z actoe possunt dici unu cum determinatioe ut fornicator cu meretrice pot dici unu corp' tam no pot dici unu simplicit sic uir z uxor neq uiri mali ita unu sic uiri boni. quia disconueniunt i uolitis pncipalis intentis quib; e malus bonu pprium qt z sic no oue. ex hijs patet questia: concedendu e est aliq duo dici unu simplicit si heant conformitate sicut dcm e. sic pbant pme rationes. ¶ Ad i qd q'nto obicitur dd q no concludit. quia fornicator z meretrix no dicunt unu corpus ratioe sbe corporalis sz ratioe opis carnalis i quo uniunt z ideo no sequit q debeant dici unu simplr. ¶ Ad illud qd obicitur de uno i numo. dd. q duplex e unitas. s. i diuisionis z conformitatis. unitas i diuisionis attenditur i uno numo. z h unitas e simplr. unitas uo coformitatis no e i uno numo. sz i hijs in quib; qt alius oformitas

ut dictu e. ¶ Ad illud quod obi. si ppe confor
mitate i natura dicunt unu ec. dd. q ppt
confor in n. tno. i natura no sol' sm qd e
rei ecentia. s; ex qua pululat. pululans hec
e inquantu e operationis pricipiu sic patet
quia h. rasiu. no dicuntur unu. patet etia
quia multi hoies non dicunt unu quia si co
cordant i fine ppinquo ti ope differunt.
tam i remoto quia quilib; querit qd suu
e ut sibi aut eq. ¶ Di aliqui distentiant
ubi eor in fine ppinquo conueniunt i re
moto. ¶ Ad id qd obicit qd unitas mensas
nullo m e a deo dd. q sicut i peccato est
suba actionis 7 hec est a deo 7 deformitas
7 hec no a deo. sic i uni tali intelligendu
est.

Tertio qr de ratione appiationis trium
nouim pdictor. 7 primo de unitate
7 qd no sit appriabil' uidetur. quia
unu 7 ens conuertuntur. g unitas 7 een.
s; eentia nulli e appabilis g nec unitas.
¶ Ite si appatur cum qd sps sanct sit alor
unitas ut dic aug. uidetur qd debeat appai
psone. s.s. ¶ Ite obicitur de equalitate
que appatur filio e nich mag est. indif
ferens i reb; equalib; quia ipa equalitas
s; i differens no e appabile ergo nec eqlitas
e appriabil'. ¶ Ite si appatur debet patri
appriari quia equalitas no e aliud q un
sus unitas i qtitate. s; unitas appriatur
pat ergo 7 equalitas. ¶ Ite obicitur de
concordia que appatur spui sancto. Si
eni concordia plures reducit ad unitatez
uidetur ppd ppio facere coe qua de coi
ppruim. ergo si appriare e de coi facere
ppriu concordia nullius e appriabilis.
¶ Item uidetur qd debeat appriari filio ex
concordia 7 pax idem filius est pax nra qui
fecit utraq; unu. eph. ij. ¶ Ite. col. i. paci
ficans p sanguine crucis eius siue que i cel' e.
¶ Item obicitur g ratione aug. omia eqlia
ppter filiu 7c. g pre est equalis ppt filiu
ergo ht aliquid a filio qd falsum e. ¶ Item
quero qm causam dicit ppt istu efficiente
etia finalem quacuq; harum dicit cu tota
trinitas sit efficiens 7 finis omis rei tam uni
tas qua equalitas qua concordia e ppt pre
simulit ppt filiu ergo nulla e ratio appro
priandi. ¶ Ro intelligend e qd sic appato
hylarij fuit ad exemplificanda psonarum
originem. sic istae ad exempli ordine. qm
igitur psona patris e pa ante quia no e aliu
ex q no e ex alia ideo appatur ei unitas q
e pma i numero. 7 ante qua nich e i nuo

ex hoc patet Rio ad duo p. quia accipit hic
unitas sm ea ratione qua dic pmitate. no
ecentie indiuisione. 7 sic couertitur cu ente
a dicit uo tas conformitate 7 sic appatur
spui sancto ut pma aut. pat appriatur
simulit quia et psona filij scdm ratione
intelligendi e sa 7 psce exprimes patrem
7 hec facit equalitate no equalitas ratio
ordinis pmo reptur i filio. tuc eni primo
intelligitur cu filius intelligitur nasci. 7 ex
hoc patet obm qd eni equalitas appetur hoc
e no ratione unitatis. s; ratione prime asso
ciationis 7 pfecte equalitas eni tunc p in
telli. cu intelli associato. 7 hec intelli p i filio
q e sa psona. sit psona. s.s. scdm ratione
intelligendi e tcia concordia aut post duos
concordabiles 7 cocordantes. ideo p incipit
concordia ubi pmo intelligit cum p tercia
7 sic patet illud qd concordia appatur alic
no quia de coi aliquid faciat ppriu s; quia
distinctos conectit. 7 hec sm ratione sue
emanationis qd no conuenit filio ratione
emanationis qd no conuenit s; ratione
mediationis quia mediator dei 7 hoi. ex hus
patet omia obiecta. ¶ Ad illud qd ultimo qr
omia sint unu ppt patre dd qd si unu distri
buat potentis tuo ppt dicit causa formalem
exe scdm re 7 appatione quia omis eqlis
ht exemplar i equalitate filij 7 sic de alus
sicut distribuat poteitis 7 inceatis. tunc
ppt dicit cam formale exe sm ratione i
telligendi appata quia intellectus sir no
intelligit equalitate i patre ubi ppt hoc
qd ht filiu p omia exprimente n eius 7 sic
sil. de alus. 7 tuc ppt no dicit ea exeti sm
rem. s; scdm ratione intelligendi. 7 sic no
notatur qd pat ht aliquid a filio s; quod
intellectus nr ad cognoscit de patre p hoc
qd cognoscit filiu.

In parte ista sut dubitatices qr litera 7 p
desitu hi partis. quia cu magr agat de ap
priatione. d. xxxiij. 7 de appatis. a. xxv. usq
ad fine uidetur qd male statuet huc tracta
tum de appriatis ¶ Rio dd qr duplici de ca
post hic magr tractatu de appatis una est
quia egerat de noib; que dicut relationem
scdm relatione communem s; que appatio
attenditur sicut sunt similis 7 equalis. ratu
incidenter hoc pars hic introducitur. Alia ro
e quia appata faciut ad euidentia psor. 7
ideo statim post tractatu de ppris egit de ap
priatis 7 hec maxie put faciut ad euiden
tiam ppor ideo de hus agit hic que no dicit
respectum ad creaturas infra uo agit d hus

appropriatus respectu ad creaturas dicitur. et ita patet
distinctio huius partis ab aliis. Unde tria appropriata
hilarii manifestant nobis personarum emanationem
tria vero appropriata augustini nobis manifestant personarum
ordinem si quis inspiciat. ¶ Item queritur de hoc quod dicit
quod est ars quedam omnipotentis et sapientis etc.
videtur esse male dictum quia unusquisque non intel
lecta arte est iners. ergo si filius est patris non intel
lecto filio erit pater iners. ergo videtur quod rationa
liter operari habet pater a filio suo. ¶ Ad hoc dicendum quod
facienda est vis in verbo quia non dicit quod sit
ars simpliciter. sed quod ars quedam quia non est ars
qua pater novit. sed ubi novit. non est ars patris
qua pater sit sapiens. sed que est a patre sapi
ente per quia pater omnia operatur quia omnia
produxit per filium. et ideo quedam ars includit et in
tentionem virtutis et sapientie et similiter verbum tamen
differunt quia verbum dicit emanationem et
respectum. ideo est proprium ars autem appropriatum. ¶ Item
queritur de hoc quod dicit quod spiritus sanctus ingenti largitate
perfundit ceteras creaturas. ergo secundum hoc videtur
quod omnibus donetur spiritus sanctus. ¶ Ad hoc dicendum quod spiritus
sanctus non dicitur dari ratione cuiuslibet effectus
sed proprie ratione eius qui facit scilicet sicut habitatorem et ita
inhabitare in aliquo ut in templo. et quia huius sola rationalis
creatura capax est et soli iusti capiunt. ideo patet
quod illis solis spiritus sanctus datur. ideo autem spiritus sanctus dicitur
perfundere ceteras creaturas non quia ei attribuatur
actus creandi. sed quia attribuitur ei actus con
servandi. ¶ Item queritur de ratione hylarii
que posita est in littera. ymago est eius rei ad quam yma
ginatur species indifferens. quia videtur ratio
ista non erit convertibilis quia totum videtur convenire
scilicet. ¶ Item species aut accipitur personaliter aut essen
tialiter. ergo idem sensus est quod est species indifferens
qui etiam est si diceretur essentia indifferens. sed
hec convenit patri non tantum filio et iterum essentia
non dicitur ut alicuius sed stat pro persona. ergo
idem sensus est species indifferens quod est cum dicitur
persona indifferens. hec autem falsa. ¶ Item de secunda ratione
obicitur que talis est. ymago est rei ad rem co
equandam ymaginis et indistincta similitudo. videtur
esse falsum quia frequenter ymago non coequatur
ei cuius est ymago. ¶ Item si est ad rem coequandam
tunc videtur esse equalitas non similitudo. ¶ Item
videtur falsum dicere cum dicit indistincta similitudo
distinguitur ab eo cuius est. ¶ Item cum unius
rei una sit diffinitio. queritur quid different iste ra
tiones assignentur. Ad hoc dicendum quod si diffinitur y
mago increata prout est proprium solius filii et sic
semper dicitur respectu ad patrem. ideo in prima
ratione ponitur ut in ratione principii et
secunda ut in ratione termini. quia ymago habet comparari
ad patrem non solum tamquam ad aliquam rem ad quam

sunt in quo ducit sed etiam a quo emanat. et ita
patet harum distinctio rationum. Ad illud et prima
ratio tres conditiones continet. per primam notatur filii
esse. ad quem cum dicitur. ymago eius rei ad quam ymaginatur
et per genitum et verbum quod est passivum. per secundam
notatur quod est secundum modum expressum emanandi. scilicet
per hoc quod est indifferens et per primam conditionem
non differt a patre et ab essentia. per secundam autem
per tertiam ab ymagine creata. per hoc patet quod
species et si de se sit essentiale tamen accipitur
hic ut dicitur ad personam et indifferens non dicit
indiffinitionem in hoc nomine species. sed in substantia
et sic patent obiecta de ratione prima. haec enim
secunda. similiter patet ratio secunda. que dat in qua
parte tres ad ipsum patrem ut ad terminum. et hoc patet
cum dicitur ad rem coequanda rei. scilicet personam
filii persona patris. et per hoc excluditur spiritus sanctus patris.
et per hoc quod dicitur. ymaginata. excluditur
persona spiritus sancti. et per hoc quod dicitur. indiscreta.
excluditur ipsa ymago creata. et indiscreta non
dicitur indifferens personaliter sed solum essentialiter. ¶ Ad
illud ergo quod dicitur de equalitate. dicendum quod
illud non est necesse de creata ymagine. et rursus
quia ymago dicitur de ratione sui nominis qualita
tem et quantitatem. ideo propria dicitur scilicet ad rem coe
quanda. et similitudo secundum quam res coequatur
rei. ¶ Item queritur de dictis horum trium que attribuuntur
scilicet speciem naturam ymaginem. quo hec distinguantur.
dicendum quod uniuscuiusque forma substantialis et completiva
dicitur species natura et essentia. et hoc secundum triplicem
considerationem. potest enim considerari in se et
sic dicitur essentia. potest enim considerari in com
paratione ad operationem propriam et sic dicitur natura
potest tantum considerari ad nostram cognitionem
et sic dicitur species. speciem habet ymago auctoris
eo quod similitudo est eius. naturam autem habet quia
similitudo genita ut ymaginata naturaliter
essentialiter vero quia similitudo indiscreta
scilicet per substantiam. ¶ Item queritur de hoc quod dicit. si quis
innascibilem et sine initio dicat filium. videtur
enim quod hylarius non dicat bene quia dicit
duos innascibiles dicit duos deos. quia innascibilitas
in divinis non est proprietas essentie sed persone. ergo
non sequitur si sunt duo innascibiles quod due
essentie sed quod due persone. ¶ Item innascibi
litas dicit privationem et quod est natus. unde
tantum valet innascibilis quantum non filius
sed non sequitur sunt duo filii in divinis ergo
duo dii. ergo pari ratione non sequitur sunt
duo innascibiles ergo duo dii. ¶ Ad hoc dicendum quod in
nascibilis sicut supradictum est privat sive
negat esse ab alio. et ponit fontalem pleni
tudinem in illo quia innascibilis dicitur. ex utraque
parte concluditur quod si sunt duo dii

innascibiles quod sunt duo dii. sequitur est sunt
duo quorum quilibet non est ab alio. ergo non distinguuntur
per originem. ergo necesse est quod distinguantur per substantiam.
Item si sunt duo in quorum quolibet est fontalis
plenitudo ergo quilibet potest esse trinitatis principium
et totius deitatis sicut dicitur de patre. sed si principia
sunt distincta et principiata: ergo si quilibet est principium
totius deitatis erunt duo. ergo due deitates
quare ergo unigenitus non sit comparticeps substantie. sed persone
quia tamen est prime persone et unica proprietas non potest
esse nisi una innascibilitas. ideo de necessitate
potest deorum diversitatem. Item queritur de hoc quod
dicit. Caput enim omnium filius est. videtur esse male dictum
quia aut dicitur caput ratione deitatis aut ratione
conformitatis in natura. si ratione deitatis. eadem
ratione. spiritus sanctus potest dici caput. Item si ratione dei
tatis tunc filii caput enim omnium. filius est. videtur
esse male dictum. quia aut dicitur caput ratione dei
tatis. aut ratione conformitatis in natura. si ratione
deitatis tunc filii caput non potest dici deus. quia
caput super excellit et maioris nobilitatis. quod
non habet pater respectu filii. si tu dicas quod caput
non dicit nobilitatem sive super excellenciam
obicitur ex littera sequenti. quia dicitur. sed gradu ordinis
differunt. sed constat quod inter patrem et filium
ratione deitatis non est gradus. ergo non potest acci
pi ratione deitatis. si ratione conformitatis. et
filius non habet conformitatem in natura cum omnibus
sed tantum cum hominibus non erit caput omnium. Respondeo
dicendum quod caput secundum quod hic accipitur importat rationem
influentie et conformitatis nature. et sic dicitur Christus
caput totius ecclesie. sed hylarius extensiori modo
accipit prout caput dicit originale principium. et quia
deus pater principium est filii et filius principium omnium
in quantum filius producitur et producit. ideo est caput
et habet caput. Sed pater quoniam caput non habet cum sit
innascibilis est caput omnium et ideo dicitur fontale principium
a quo omnia et in quem omnia per filium reducuntur. et in
hac reductione gradus est comparando creaturas ad
filium. sed ultra comparando filium ad patrem non
est gradus. sed ordo et origo. et ideo hylarius non dicit
hiis gradibus sed hoc gradu. quod obicitur. de spiritu sancto. dicendum. quod
ipse. spiritus sanctus. cum procedat a filio per filium cum aliis ad
patrem reducitur. et per ea filio applicatur reductio.
Item queritur de hoc quod dicit. ut sit per
substantiam tria per consonantiam non unitum. Quia
videtur sed contra fidem non esse conveniens. quia
de tribus hominibus concordibus potest idem dici quod per substantiam
sunt tria personantia non unum. Item queritur
de ratione hylarii quia dicit per quod debet dici
per consonanciam. spiritus sanctus. quia. spiritus sanctus nominatur consonantie
post esse essentie predicari quam unitate. videtur
enim illud falsum quia spiritus sanctus est eiusdem essentie
cum patre sicut filius. Respondeo. dicendum. quod sic intende
dit hylarius ostendere catholicos patres con

formatione cum dixit quod sunt per substantiam tria per conso
nantiam unum scilicet est patres volentes elidere heresim
sabelliana que elludebat. id est evacuabat unitatem
patris et filii per nominatione sola quam dicebat ibi
esse. non tamen confessi sunt adeo expresse pluralitatem
ut minus expresse confiterent essentie unitatem non
tamen recesserunt a veritate. quia per tria tres res in
telliguntur. id est tres ypostases per consonanciam non
non usya intelligitur. sed persona ideo ex hac parte
verum dixerunt ex parte consonancie similiter verum
dixerunt. et ut expressius. nam sicut per patrem et filii nomen in
nuitur unitas nature quia filius est connaturalis
patri. ita per spiritum sanctum qui est amor datur intelligi
unitas consonancie non verbum non habebat calumpniam
propter hoc ipsum dixerunt. et hoc vult dicere hylarius cum
dicit quod per consonantie quam essentie non quia
utrumque non sit verum sed quia hoc est expressius et mino
rem habet calumpniam tamen ad hoc sequitur illud. quia si
pater et filius unum ex se producunt spiritum ratione cuius
est ibi unitas per consonanciam necesse est quod unitatem
habeant in essentia.

Hic oritur quod expeditis deductis supra positis
materialiter apparata in quorum explanatione
dixit spiritum sanctum esse concordia quia pater et filius
diligunt se spiritu sancto. ideo hic movet questionem
de illa locutione et hoc facit in ista distinctione. habet autem
hec. distinctio. iiii. partes. In prima movet magister principale questionem
prius positam. si utrum. pater. et filius. diligant se. spiritu sancto. secundo
non movet aliam questionem huic consimilem que facit
ad eius explanationem et hoc facit ibi. Preterea diligenter
investigandum. etc. et illa quod utrum pater sit sapiens sa
pientia genita. tertio non reddit ad principalem questionem
determinandam et hoc facit ibi. Preterea diligenter notandum est. Prima
pars habet. partes. in prima magister movet questionem et opponit
in secunda respondet questioni. sed non respondet obiectioni. id est
huic questioni cum altitudine preterea diligenter investigari
oportet. hec est secunda particula in qua determinat magister
questionem adnexam. scilicet utrum pater sit sapiens sapientia
genita et quia ad determinationem huius questionis tria
alia dubia concurrunt. ideo habet hec pars quattuor.
partes. secundum quattuor dubitationes quas movet et deter
minat. in primo determinat istam questionem. utrum
pater sit sapiens sapientia genita quam determinat
in parte negativam. Secundo autem determinat questionem
aliam. utrum filius sit sapiens sapientia ingenita quam
determinat in parte affirmativa. ibi. Preterea hec quoniam solet.
etc. Tertio movet hanc questionem utrum filius sit sa
piens per se ipsum vel se ipso quam determinat per distinctionem
quod se ipso potest teneri originaliter. vel formaliter. et hoc ibi.
Querit autem solet. utrum filius. etc. Quarto movet
hanc questionem utrum pater duplicem sapientiam habeat quam
determinat in parte negativa. ostendens hanc questionem
et eius rationem non esse responsione dignam et hoc facit
ibi. Preterea hec quoniam solet a quibusdam. utrum una tantum sit
sapientia. Preterea diligenter notandum est. Hec est particula tertia

in qua reddit magister ad questionem supra positam. et hic
h' pars duas partes in primis obiecit accipiens sedz
ex determinatione alterius questionis. in secunda uero
loco solutionis sua insufficientia ostendit. et hanc
questionem determinanda. prudenti lectori reliquid
et hoc ibi. difficillimam michi fateor hanc questionem. etc.

Ad intelligentiam predictorum d'.
Duo principaliter queruntur. secundum duas questiones
quas determinat magister. primo queritur de hac locutione pater
et filius diligunt se spiritu sancto. secundo queritur de
ista alia. pater est sapiens sapientia genita. quantum
ad primum duo queruntur. primo queritur utrum illa lo
cutio sit admittenda. secundo queritur in qua habitudine
construatur ille ablatiuus. quod autem sit ad
mittenda ostenditur auctoritate triplici. primo sic Aug.
vij. de trinitate. v. c. non est aliquis duorum quo genitor
a genito diligatur. et genitorem qui sunt diligit.
Si ergo est aliquis et non est pater uel filius ergo est
spiritus sanctus. ¶ Item in omnium' sup. pr. xuj. spiritus sanctus
est amor patris ad filium. et filij ad patrem. Sed
amore qui est patris ad filium pater amat fi
lium. et e contrario. ergo etc. ¶ Item B. de amore dei.
amas te inquid o amabilis domine. cum a patre
et filio procedit spiritus sanctus. amor patris ad filium.
et filij ad patrem et eternus amor ut sit unitas.
¶ Item ratione ostenditur sic. magister hugo de sancto
victore facit talem rationem in epistola quadam
ad B. si recte diceris amare amore qui a te
procedit. cur non pater et filius recte dicuntur amare
amore qui ab ipsis procedit et ita ibidem. Si
spiritus sanctus esset amor cordis tui sic patris
et filij quis quesso poterit negare spiritu sancto hec est
amore amoris tuo te diligere. ¶ Item alia
ratione uidetur sic. sicut se habet uerbum ad dicere
sic amor ad diligere. sed pater uerbo suo quod ab ipso
procedit dicit se et omnia quia pater uerbo suo
quod ab ipso procedit. se ipsum declarat. ergo pater et
filius amore qui ab ipsis procedit se ipsos diligunt.
¶ Item sicut filius non potest produci nisi generando
sic nec amor nisi diligendo. ergo pater et filius
diligendo se producunt spiritum sanctum qui est
amor personalis. aut igitur diligendo amore
qui est spiritus sanctus aut qui non est spiritus sanctus. si non amore qui
est spiritus sanctus aut amor ille est essentialis aut personalis
non personalis. quia tunc essent due persone indi
uisis quibus conueniret amor proprie. quod est im
possibile. nec essentialis quia ille est spiritus sanctus et trinitati.
si essentialis tunc ergo cum generat. spiritui sancto. spiritus sanctus
simul produceret restat igitur quod producant
spiritum sanctum diligendo se amore qui est spiritus sanctus aut
igitur diligendo et aliud. non aliud. quia tunc
aliud exigeretur ad productionem spiritus sancti ergo di
ligendo se spiritu sancto producunt spiritum sanctum ergo pater et filius di
ligunt se spiritu sancto. ¶ Contra diligere est idem quod uelle
bonum et uelle idem est quod esse. ergo eo quo pater et filius

se diligunt sunt. sed non sunt spiritu sancto. ergo etc. ergo
cum hec sit falsa. pater et filius sunt spiritu sancto. hec similiter
diligunt se spiritu sancto. ¶ Item sic se habet sapere ad
patrem respectu filij. ita diligere ad patrem et filium respectu
spiritus sancti sed hec est falsa pater est sapiens sapientia genita. ergo
illa similiter. ¶ Item omne plurale infert singulare. sed
hec falsa pater diligit se spiritu sancto. ergo et prima. Si dicas quod diligere
tenetur notionaliter. ¶ Contra nulla notione
conuenit mutuo reflecti unam personam super aliam
sed secundum dilectionem est mutua reflexio in predicta lo
cutione. ergo diligere ergo non tenetur notionaliter
ergo idem quod prius. ¶ Item nulla notio conuenit tribus
sed diligere spiritu sancto conuenit tribus. nam pater diligit
spiritu sancto et spiritus sanctus diligit spiritu sancto. quia se ipso. ergo
non tenetur notionaliter. ergo idem quod prius. ¶ Item
pater et filius eodem amore diligunt se. et nos. sed dilectio
dei ad nos est essentialis. cum cognoscet effectum in crea
tura. ergo similiter cum dicitur diligunt se. ¶ Item si
tenetur notionaliter contra quia notio non est data
nisi spirationem. ergo aut passiue. aut actiue.
si actiue. ergo idem est diligunt se quod spirant.
sed hec falsa spirant spiritu sancto. ergo et prima. ¶ Si passiue contra illa
non predicatur de patre et filio. sed de solo spiritu sancto. Si dicas quod
de nominatiue predicatur. contra omnis proprietas que
de persona predicatur. in diuinis concretiue predicatur. et ab
stractiue. ergo cum processio non conueniat patri
et filio. in abstractione ergo nec de nominatiue. ¶ Responsio.
ad predictorum intelligentiam est notandum quod quidam
predictam locutionem simpliciter negauerunt et dixerunt
omnes consimiles esse retractatas esse a beato
Aug. in una illarum et hac scilicet pater est sapiens sapientia
genita. sed hec solutio non potest stare. quia non solum
eam dicit Aug. sed etiam sancti alij quorum dicta Aug.
non retractauit. ideo fuerunt alij qui eam simpliciter
concesserunt dicentes hanc locutionem debere
intelligi per appropriationem non per proprietatem ut sit
sensus pater et filius diligunt se amore qui appropriatur
spiritui sancto. sed ista solutio non potest stare. quia tunc
similiter hec esset concedenda pater et filius. sunt
boni spiritu sancto cum spiritui sancto. bonitas appropriatur quod tamen
nullo modo conceditur. ergo prima opinio non potest
stare que simpliciter tales locutiones negat cum
multiplex auctoritas eas dicat. et sequens
que simpliciter concedit non potest stare cum multiplex
ratio contradicat. ¶ Restat igitur eligere opi
nionem mediam. scilicet quod uno modo sit uera. alio modo
falsa. nam hoc quod est diligere potest teneri. uel no
tionaliter. uel essentialiter. secundum quod tenetur essentialiter
sicut dicit nobis complacentiam que communis est tribus.
secundum quod tenetur notionaliter sic dicit. uoluntatis fe
cunditatem ad producendam personam. ex se. que quidem
fecunditas solum est in duobus quamuis non sit in
tribus. si ergo teneatur essentialiter. falsa est locutio
quia tunc sensus quod pater et filius. sunt spiritu sancto.
et in hoc sensu pronomen cum uerbo construitur

reciproce. si autem notionaliter uera est sic probant rationes ad oppositum. et hoc sensu pronomen construitur cum uerbo retransitiue. unde si est
pater et filius diligunt se. i. pater diligit filium. et filius patrem. tunc uera est locutio. quia amor qui est spiritus sanctus. est amor nectens patrem cum filio. et tunc non licet inferre. ergo pater diligit se. spiritu sancto. ex hoc patent tria prima. Nam primum procedit secundum quod diligere tenetur essentialiter. secundum illi. nam sapere non dicitur notionaliter sicut diligere. secundum uel est quia uel appropriatum. et tertium similiter quia procedit prout quod obliquus construitur reciproce et tunc diligere tenetur essentialiter. ¶ Ad id quod obicitur quod non possit dari tunc notionaliter intelligendum est. quod sicut generatio duppliciter potest significari uno modo ut dicit emanationem. alio modo ut dicit modum emanandi super addita expressione. primo modo per hoc uerbum generare secundo modo per hoc uerbum dicere significatur. sic et spiratio duppliciter potest significari primo modo per hoc uerbum quod est spirare secundo modo per hoc quod est uerbum diligere quemadmodum enim dicere importat generationem et ulterius quandam expressionem quam personam sic et diligere. unde sicut dicere importat actum generandi et declarandi siue exprimendi et ideo actus declarandi dicitur. pater se dicit uerbo hoc est declarando. siue exprimendo. generat uerbum. uel generando uerbum se exprimit uerbo. sic in proposito diligere actum importat conuertendi siue concordandi respectiue. et ratione actus conuertendi. dicitur pater et filius diligunt se spiritu sancto hoc est inuicem concordando spirant spiritum sanctum. uel spiritu sancto inuicem connectuntur. ex hiis patent obiecta. quod enim obicitur de mutua reflectione. patet solutio quia hic actus est essentialis intellectu. ¶ Ad illud quod obicitur quod diligere spiritu sancto conuenit tribus. et dicitur respectu creature. dicendum quod non conuenit tribus ratione spirationis quam importat. et quod quis dicatur respectu creature non tamen dicitur essentialiter omnino sed connotat aliquid essentiale dicit tamen notionem ratione respectus. que importat ad personam. sicut supradictum est. de uerbo et dono. ad illud quod obicitur per quia notione stat patet quia stat pro ipsa spiratione tamen non licet pro eo ponere uerbum spirandi. quia aliter non importat illam notionem. unde sic conceditur. hec pater dicit uerbo non tamen hec pater generat filio et tamen dicere importat ipsam generationem sic in proposito intelligendum est.

Secundo queritur. in qua habitudine construitur ille ablatiuus casus cum sub dicitur. pater et filius diligunt se. spiritu sancto. et quod in habitudine forme uidetur possibile. quia petrus diligit amore a se procedente formaliter. ergo pari ratione pater et filius diligunt se. spiritu sancto formaliter. ¶ Item nichil denominat aliquid ad quod comparatur ut ad principium solum uel comparatur ut informans. nam cum quis cursus sit ad eo non tamen dicitur deus currens sed amor est a patre et filio ideo dicuntur amare. ergo amor est in ratione forme. ¶ Item omnis nexus aliquid nectens tenens formaliter. sed spiritus sanctus est nexus. ergo aliquid illo nectitur non nisi pater et filius. ergo et cetera. ¶ Item omni albedine aliquis est albus formaliter. ergo omni amore aliquis est amans formaliter. sed non amans formaliter amore. nisi ille cuius est amor. cum ergo spiritus sanctus sit amor patris et filii. ergo et cetera. ¶ Item omne quod diligit formaliter alio a se hoc diligere solum per participationem. ergo si pater et filius diligunt formaliter a se. ergo diligunt per participationem. sed hoc est inconueniens. ergo et cetera. ¶ Item si aliquis diligit aliquo formaliter illo circumscripto impossibile est intelligere amorem eo siue ipsum amare. ergo si pater et filius diligunt spiritu sancto impossibile est intelligere patrem amare non intellecto spiritu sancto. sed hoc falsum. ergo et primum. ¶ Item nulla ypostasis est forma. sed amor qui est spiritus sanctus. est ypostasis. ergo non est forma. ergo nullus amore illo diligit formaliter. ¶ Item nullum relatiuum potest esse forma sui correlatiui. quia si ex forma et formato fit unum relatiuum a distinguitur a correlatiuo. sed amor qui est spiritus sanctus correlatiue se habet ad patrem et filium. ergo et cetera. ¶ Item omnis forma est ante id nominatum cuius est forma. ergo si pater et filius diligunt spiritu sancto. formaliter amor ille precedit diligere patris et filii. sed hoc falsum. quia dilectio producitur. ergo et cetera. ¶ Responsio. dicendum quod aliquorum positio fuit quod ille ablatiuus construitur in ratione signi non in ratione forme. nam spiritus sanctus se habet per modum producti respectu dilectionis patris et filii. et ideo illius est signum. unde dicunt quod iste est sensus locutionis. pater et filius diligunt se et huius signum est quia concorditer spirant spiritum sanctum qui est amor unitiuus. et ideo dicunt. sed hec positio non est sufficiens. sed enim ablatiuus posset construi uere in ratione signi cum uerbo. tunc hec esset uera. pater et filius diligunt se amore creato. quia amor creatus signum est illius quam nullus concedit. si tu dicis quod istud non est signum tam proprium. obicitur quod tunc hec esset uera simpliciter. pater est sapiens sapientia genita cum sapientia genita signum sit maxime sapientie. innascibilis generantis. aliorum positio fuit. quod ablatiuus construitur in ratione forme. dicunt enim quod diligere se nichil aliud est dictum de patre et filio. quam inuicem connecti, et quia nexu formaliter connectuntur et spiritus sanctus est ille nexus ideo formaliter loquendo uera est pater et filius diligunt se. spiritu sancto. sicut hec formaliter est uera. pater et filius nectuntur nexu. sed hec positio non potest omnino stare. quia cum dicitur pater et filius nectuntur. aut nectit dicit aliquid quod sit in patre et filio. et spiritus sanctus et quod est medius uel principium. spiritus sanctus. si quod est tercius a spiritu sancto. ergo pater et filius. aliquid recipiunt a spiritu sancto. si ad eum non possunt recipere partem ergo totum. ergo sit a spiritu sancto. quod est inconueniens. restat ergo quod hec quod est connectuntur dicit aliquid quod est ipse

et filio. ut principium. s. s. quamvis g° sit passiva sed
modum dicendi. activa est secundum re. et si hec. s. s. comparetur
ad generationem ut ad principium non g° ut in ratione
forme. ordo patet ergo quod prima positio dicit minus
sufficientem. secunda dicit magis habundantem quam
magis exprimit. et positio fuit magistri symonis tornacensis.
secunda fuit magistri willi antissiodorensis. et licet neutra
sit omnino sufficiens tamen utraque habet aliquid veritatis. nam prima dicit quod s. s. se habet ad patrem
et filium admodum producti. et hoc quidem verum est. secunda
dicit quod amor comparatur ad amantes ut
in ratione forme. et hoc quidem verum est. et ideo ex hiis
duabus positionibus quarum una est insufficiens alia excedens. colligitur media positio sobria et sufficiens videlicet quod ille ambo. ab construitur in ratione
effectus formalis licet nominare effectum. quod
est exprimere. et hec fuit positio magistri hu. de s. vic. qui
hic clare vidit veritatem. unde redarguit illos
qui reputant hanc questionem insolubilem. unde dicit
quod sic cum dicitur ego diligo te amore a me procedente ibi est constructio in ratione effectus
formalis sic in proposito et hoc tamen est differentia quia
amor a te procedens est in te refectens ut universaliter
cum inherens. quia est accidens sed in divinis amor
a patre et filio procedens est in eis refectans ut
uniens. non tamen ut inherens quia non est accidens
sed subsistens ypostasis et ideo adhuc minus habet rationem
forme. concedende sunt rationes ad hoc inducte
quia ab habet aliquo modo rationem forme quod tamen ultimo obicitur non valet quia omnis albedo est forma.
sed aliquis amor est ypostasis. Ad id quod obicitur in quibus
ad formaliter aliud diligit. ergo per participationem.
finit in plurali ipsas ydeas dicens quod sunt forme ergo
plurificantur re vel ratione. sed non ratione. ergo re. Item
ydea dicit similitudinem ad cognitum et similitudo quamvis
in deo sit quid absolutum habet tamen modum dicendi ad
alterum sive respectum. Sed plurificatio similitu
dinis relative est a re cui assimilatur. ergo cum res
ydeate sint plures ydee sunt plures secundum rem

dicendi. Item deus antequam res produceret distincte cognoscit et actu, sed non est distinctio in deo cognoscentis nec cogniti. ergo oportet quod sit in ratione cognoscendi. ¶ Contra. si est plurificatio secundum res cum non sit res. tunc uidetur illa pluralitas non esse aliqua quantitas. ¶ Item si est in hoc nomine ydea pluralitas aut ratione eius quod est aut ratione eius ad quod est non ratione eius quod est quia est diuina essentia. si ratione eius ad quod. ergo cum uerbum et ars dicant relationem ad creaturam saltem secundum nomen deberent plurificari quod tamen falsum est. ¶ Item si ydee sunt plures non pro signato sed pro connotato. tunc quero aut connotatum illud est eternum aut temporale. si eternum. ergo uidetur quod plura sint ab eterno. si temporale. ergo uidetur quod ydea non dicatur de deo nisi ex tempore. sicut nec dominus nec creator dicitur nisi ex tempore. ¶ Item ydee si sint plures propter ydeata aut ergo secundum esse quod habent ydeata in deo aut in proprio genere. si propter esse quod habent in deo. contra in deo sunt unum. ergo ratione illius esse non possunt dici plures. si propter esse quod habent in proprio genere sed hoc non habent nisi ex tempore. ergo uel ydee non sunt plures nisi ex tempore. uel temporale est causa eterni quorum utrumque est inconueniens. ¶ Item ydea aut dicit ad aliquid aut non. si non ergo nec pluralitatem habet nec unitatem. si ad aliquid ergo si plures sint ydee sunt plures artes. ergo si plures ydee sunt ab eterno plures res sunt ab eterno. sed non plures res plurificant. quia ydea non dicit quid plurale ergo plures essentialiter. ¶ Responsio dicendum quod sicut patet ex predictis d. xxx. quamuis in deo nullus sit respectus ad creaturam a parte rei tamen contingit ipsam essentiam significari in respectu ad creaturam per multa nomina. non tamen nomen siue uocabulum est uanum. ¶ Intelligendum igitur est quod hoc nomen ydea significat diuinam essentiam in comparatione siue in respectu ad creaturam ydea est dicitur similitudo rei cognite que quamuis in deo sit absolutum tamen secundum modum intelligendi dicit respectum medium inter cognoscentem et cognitum. et quamuis ille respectus secundum rem plus se teneat ex parte cognoscentis quia est ipse deus. tamen secundum rationem intelligendi siue dicendi. similitudo plus se tenet ex parte cogniti. et quoniam cognoscens est unum et cognita sunt multa. ideo omnes ydee in deo sunt unum secundum rem. sed tamen plures secundum rationem intelligendi siue dicendi. unde concedendum est omnes rationes in deo esse unum quid sed non una ydea siue ratio, sed plures. ¶ Ad illud ergo quod obicitur quod isti rationi non subest ex parte rei dicendum quod falsum est. quia respectui subest ex parte dei essentia non respectus. ex parte uero creature subest uerus respectus et ideo iste respectus non induit falsitatem sic pluralitati respectuum quamuis non subsit pluralitas ex parte dei subest tamen ex parte connotatorum. unde respectus ille sic plurificatus non habet falsitatem nec uanitatem. ¶ Ad illud quod obicitur quod uerbum et ars dicunt respectum. dicendum est quod dicunt. sed aliter quam ydea uel ratio. sicut

ydea siue ratio cognoscendi plus se tenet secundum rationem intelligendi ex parte cogniti. similitudo enim secundum quod huiusmodi non dicit respectum ad id in quo est. sed cuius est. sed uerbum plus se tenet a parte dicentis. similiter et ars et exemplar a parte producentis. et quia multa sunt cognita et unum cognoscens. ideo ydee sunt plures. et ars tantum una. uel aliter. ideo et ydea dicit respectum ad res in quantum distincte sunt. non sic alia uocabula. ¶ Ad aliud quod obicitur quod connotata non sunt plura ab eterno. dicendum quod pluralitas est in ydeis ratione connotatorum. sed de connotatis est loqui dupliciter aut in quantum sunt. aut in quantum sunt connotata. In quantum sunt. sic sunt solum ex tempore. In quantum autem connotantur sic possunt connotari et eternaliter et temporaliter. eternaliter quantum ad respectus importat ut in hoc uerbo sciuit sicut per hoc nomen prescientia uel ideo prescientia est eterna. quia connotat essentiam non in actu sed in habitu. temporaliter uero quando respectus importatur in actu. sicut per hoc uerbum creare. quoniam igitur sic connotantur temporalia ut futura sunt. et futura sunt multa ideo connotantur ut multa. sed tamen sic connotata quamuis ab eterno connotentur non sunt ab eterno. sed ex tempore. ita multi connotatorum quamuis ab eterno. dicant tamen non ponunt realem multitudinem nisi ex tempore. ¶ Ad aliud quod queritur utrum secundum esse ydeatorum sunt ydee plures. dicendum quod secundum esse quod habitura sunt ydeata in proprio genere. et quamuis illud non habeant nisi ex tempore tamen ab eterno fuerunt habitura et ydee sunt ea ut future sunt. ideo intelligitur non tantum plures ex tempore uerum etiam ab eterno sic differt intelligere predestinados fuisse ab eterno et reprobatione non ratione eius quod sunt ab eterno. sed ratione eius quod futuri erunt ex tempore. ¶ Ad aliud quod obicitur. si plures ydee. ergo plures res. dicendum quod ydea non dicit tantum quod est sed respectum ad id quod futurum est et ita etiam potest esse ratione illius respectus recipere plurificationem. et ideo ille non ponit in actu sed solum in potentia. hic est quod pluralitas ydearum eterna non ponit aliquam pluralitatem actualem sic non potest si dicatur quod potest facere plura. sed hoc nomen res quod dicit importat absolute. et ideo cum dicitur plures res esse ponitur pluralitas in actu, et ideo argumentum non ualet immo est ubiquid simpliciter sic si dicatur plura sunt cognita ergo plura sunt. sic nec ualet plures ydee sunt. ergo plures res sunt quia ydee non sunt plures ratione eius quod sunt. sed ratione eius ad quod sunt.

Queritur utrum ydee plurificentur per comparationem ad ydeata secundum multitudinem ydeatorum quantum ad diuersitatem uniuersalium aut singularium. et quod singularium uidetur. quoniam per ydeas est ratio distinguendi sed deus non tantum distinguit uniuersale ab uniuersali. sed etiam singulare a singulari. sed quia distinguit uniuersale ab uniuersali ideo habet pluralium uniuersalium ydeas plures. ergo unde a ratione contrarie est eque a ratione contrarie est hoc. ergo. etc. ¶ Item cognitio rei uerissima est secundum rei totalitatem. sed singulare aliquid addit quod supra uniuersale. ergo cum deus totum cognoscat non tantum habet ydeam uniuersalis sed etiam super additi. scilicet singularis. similiter ratione singularis ergo si addita sunt diuisa secundum rationem siue multitudinem ydealem patet etc. ¶ Item dicitur quosdam ex hominibus predestinat quidam

replebat. Sed a initio predestinat. a initio replebat. ergo etc. alia ratione et ydea. sunt predicati et predestinati mundi. sed hec diversitas individualis sive numeralis. ergo etc. ¶ Item ydea multiplicatur in divinis ratione respectus et relationis ad ydeatum. ergo multiplicato uno multiplicatur et reliquum. Cum ergo quod est ydeatum multiplicetur in divisis et individuis secundum rem multiplicabitur ydea tamen illorum secundum rationem. Contra. Augustinus ad Nebridium. dico quod ad hominem pertinet tamen quod hominis ut mea vel tua ibi esse rationem. ergo multiplicatio vel distinctio ydearum attenditur solum secundum diversitatem universalium. ¶ Item artifex creatus per unam ydeam producit multa. ergo cum hec sit nobilitatis deus per unam ydeam res tam multa divisa numero producit. ¶ Item singulare ut singulare est compositum universali. ergo si est ydea in deo singularis ut singularis. tunc ergo est una ydea altera simplicior sed hoc est inconveniens. ergo etc. ¶ Item singulare magis proprium est quam universale. Si ergo in deo est ydea universalis ut universalis. et singularis ut singularis. ergo una ydea est communis altera propria sed communis prius est et simplicius est quam proprium. ergo una ydea est altera prior et simplicior. ergo in deo est ponere ordinem et compositionem [illegible] etc. ¶ Responsio dicendum quod ydea in deo secundum rem est divina veritas. secundum rationem intelligendi est similitudo cognitiva. Sed a similitudo et ratio expressiva cognitionis non tantum universale. sed etiam singulare quamvis ipsa non sit universalis nec singularis sicut nec deus. et ideo non tamen est similitudo universalis ut universale est. sed etiam singularis ut singulare est. et ideo quod similitudo est utriusque. non solum multiplicatur secundum multitudinem universalium sed etiam singularium et hoc est quod dicit Augustinus ad Nebridium. dico quod ad hominem faciendum hominis tamen esse rationem. quod vero ad faciendum temporis narras hominum nostrorum in illa sinceritate vivere. et ex hoc patet solutio illius ubi Augustinus quia Augustinus dicit quod quamvis universalis ut universale est una sit ydearum ut singularia sunt plures. ut ibidem dicit. quod si quis velit facere angulum sufficit habere anguli rationem. Si quis vero velit pingere quadrangulum necesse est quod rationem habeat quattuor angulorum. ¶ Ad illud ergo quod obicitur quod artifex creatus producit multa per ydeam dicendum quod sed fiet per applicationem ipsius ad diversas materias. unde si habet solum ydeam unam in posse intellige quod secundum illam simplici aspectu cognoscat divisa. Deus autem simplici aspectu cognoscit singularia ut divisa singularia ita quod secundum totum et secundum proprias differentias proprietates. ideo non est simile. ¶ Ad illud quod obicitur de compositione et prioritate. dicendum quod nec secundum rem nec secundum rationem oportet quod ydea habeat ydeati proprietates. nam corporalis est similitudo spiritualis. et compositi est similitudo simplex etiam increatum (?). ideo non oportet quod una ydea sit altera simplicior vel prior similitudo tamen secundum rationem intelligendi habet proprietates ydeati secundum distinctionem. tamen pro correlatione. quia oportet quod uno relatorum multiplicato multiplicatur et reliquum saltem secundum rationem. ubi est relatio secundum rem tamen etiam quia similitudo illa est ratio exprimendi et distinguendi et ideo quamvis recipiat proprietates distinctionis non oportet tamen de aliis.

Secundo queritur utrum in deo sit ponere multitudinem ydearum secundum numerum finitum vel infinitum. Et quod secundum numerum infinitum videtur. Augustinus de civitate dei .xi. Una est sapientia dei in qua infiniti sunt thesauri omnium rerum intelligibilium. ¶ Item Augustinus .vi. de trinitate. dicit quod filius est ars plena omnium rationum viventium sed constat quod ars est illa infinita ergo non impletur nisi infinitis. ergo sunt ibi infinite rationes. ¶ Item ratione videtur quod constat quod deus cognoscit omnes species numeri. ergo omnes habent ydeas in deo. sed species numeri sunt infinite ergo etc. Si dicas quod sunt infinite species quo ad nos non secundum rem. ¶ Contra. ponatur quod omnes species numeri sint. tunc hoc posito. de necessitate sequitur quod infinita simpliciter actu sunt. ergo si omnium specierum numeri sunt in deo ydee actu. patet etc. ¶ Item sicut deus per ydeas cognoscit et producit res distinctas ita cognoscit et producit res ordinatas. ergo sicut pluralitas in ydeis explicatur cognitorum et ydeatorum ita debet poni ordo ex ordine. ¶ Item nec pluralitas sive distinctio aut est ordo. aut inordinatio. sed in deo non cadit inordinatio nec confusio. ergo in deo habent ordinem. ¶ Contra. ydee sunt plures quia per eas deus distincte cognoscit ergo deus non cognoscit unum post aliud [illegible] omnia simul. ergo ydee habent in deo simultatem. ¶ Item si est ordo aut ergo prioritatis aut dignitatis aut originis non prioritatis quia tunc esset una ydea altera prior. quod est in eternis dicere non nobilitatis quia qualibet in deo est summe nobilis non originis quia si una de altera oriretur. tunc esset ibi vera distinctio secundum rem ergo nullo modo videtur esse in eis ordo. ¶ Item omnis infinitas aut omnino privat ordinem. aut tollit perfectum ab ordine quia tollit statum et complementum. sed in ydeis est infinitas ut visum est in alio problemate. ergo aut nullus ordo aut incompletus. sed non incompletus. ergo nullus. ¶ Responsio dicendum sicut tactum est in oppositum. non est ordo in ydeis sive rationibus cognoscendi ad invicem. nec secundum rem nec secundum rationem. habent quippe ordinem ydee ad ydeata sed ad invicem non. quoniam nec una prior altera nec posterior. nec est una ab alia nec nobilior est. et ideo non ponitur ibi ordo. et ideo hoc est quia ydee dicuntur respectu ad res cognitas denominatione sui nominis. et quia ille sunt plures ideo ydee ex parte respectu nominis plures sunt. sed ordo dicit novum (?) et novam habitudinem cum ydea comparatur ad aliam. et quoniam illo respectu circumscripto quod est ad ydeata. in deo ydee simpliciter sunt unum nec habent ordinem ad invicem. Ideo non est concedendum quod ydee habeant pluralitatem cum ordine ad invicem. ¶ Ad illud quod obicitur quod alia est ydea quia homo alia (?) ergo nobilior quia homo nobilior equo dicendum quod non est simile. Similitudo est eo quod ad alterum comparatur. habet distinguere. sed non habet nobilitatem ab illo. nisi aliquid recipiat ab illo ad quod comparatur et quoniam ydea hominis nichil recipit ab homine. nec ydea equi ab equo. ideo una non dicitur altera nobilior. ¶ Ad id quod obicitur quod deus cognoscit res ordinatas dicendum quod quamvis ordinatas cognoscat. tamen sub

hic est defectus

reque nobilit cognoscit. ideo sic ponebat
distinctas ydeas. quia distincte perfecte cognosce
bat. ita debet poni aliqualis inequalis equalitas
nobilitas quia aliud reque nobiliter cognoscat. ita
non debet poni ordo. sic est quamvis deus cognoscat
res albas non sunt ydee albe in deo. sic quamvis cog
noscat ordinatas non oportet quod sit in deo ordinatio.
Ad aliud quod obicitur quod ubi est pluralitas ibi ordo
est confusio et inordinatio dicendum quod istud est quia
potest ibi esse aliquas et sic est in ydeis. vel dicendum quod illud
habet locum ubi est pluralitas realis non talis est in ydeis.
quia omnes unum sunt. et ideo non potest esse inordinatio.
In parte ista sunt dubitationes
contra litteram et primo de hoc quod dicit in primo capitulo
magister. Horum tamen quedam specialem eflagitant
tractatum. aut est ista eflagitant specialem tracta
tum quia sunt difficilia. aut quia sunt comparata
si quia sunt difficilia. sed alia etiam sunt difficilia sicut
simplicitas. unitas ~~immutabilitas~~ immutabilitas. si quia
sunt comparata. sed sic sunt unitas equalitas. Responsio
dicendum quod ista eflagitant specialem tractatum triplici
ex causa. tum quia sunt difficilia tum quia multa de ipsis
in scriptura sunt determinata. tum etiam quia
dicuntur respectu ad creaturam et secundum has conditiones
attenduntur non esse in divina natura. ideo quia
volebat facere tractatum ad creaturas suas ad crea
tionem et ad hoc porrigit in deo posse. scire. et velle.
que faciunt eum esse perfectum. ideo tractatum istum in
medio collocavit inter tractatum de trinitate et
tractatum de rerum universitate. sed quia hic plus se
tenet cum deo et adeo se tenet quia ipse sunt
deus ideo tractat iste in primo libro ponit. Item quia dicit
hic quod dicit. Primo tractandum est de scientia. vero. et potentia
videtur esse male ordinare quia potentia precedit scien
tiam. ergo male ordinat in ponendo et male in exe
quendo. Responsio dicendum quod duplex est loqui de istis. aut
in sua generalitate sicut ut concurrunt ad unum
effectum si in sua generalitate sic cum scientia sit et bono
rum et malorum faciendorum et non faciendorum. potentia est se
cundum rationem intelligendi quam potentia. et potentia cum sit in faci
endorum bonorum tantum. Si autem loquamur de hiis prout
concurrunt ad unum effectum. sic potentia in quantum po
tens est prima. in quantum exequens est ultima. prius
enim est posse deinde scire et velle. et postremo est
facere quod est ipsius potentie. et quantum ad hunc actum
magister ponit hic ultimo loco potentiam. sed perfectum non considerat
ordinem secundum maiorem generalitatem et minorem.
Item quia de hoc quod dicit. quod divina scientia diversa
sortitur nomina. scilicet sunt scientia. prescientia. vel providentia.
dispositio. predestinatio. providentia. Queritur ergo
quo distinguuntur hec nomina et quod insufficienter
enumerentur. quia non solum est ponenda in divinis predesti
natione. verum etiam reprobatione. Responsio dicendum quod
hec nomina distinguuntur sic. divina cognitio potest
considerari in se aut in comparatione ad creaturas

si in se aut prout pure dicit cognitionem per modum
speculationis. aut prout dicit speculationem iunctam
affectioni, primo modo est scientia. secundo sapientia. vel sic aut dicit
cognitionem simplicem. aut per rationem nobilissimam
primo modo scientia. secundo modo sapientia. si autem consideretur
in comparatione ad res hoc potest esse dupliciter. aut co
notat eventum. et sic prescientia. aut effectum et hoc dupliciter
in conservando sive gubernando. et sic providentia.
aut in efficiendo. et hoc dupliciter. aut quantum ad bo
num nature. et sic dispositio. aut quantum ad bonum super
additum et sic predestinatio aut quantum ad eius privationem. et sic
reprobatio. sed quia privatio gratie non est effectus. sed
defectus. ideo reprobatio non hic numeratur sed
continetur sub prescientie nomine et ipsum ut apparet. unde dico
potest sic formari cognitio dei aut est in se. aut in
comparatione. si in se aut per rationem nobilissimam. et sic
sapientia aut per qualemcumque rationem. et sic est scientia. si
in comparatione. aut eventuum. et sic prescientia aut
eventuum et effectuum et hoc vel in gubernando. et sic
providentia vel in efficiendo. et sic si respectu cuiuslibet sic
dispositio. si respectu rationalis. sic predestinatio
aut effectum ~~vel~~ eventum et defectum. et sic reprobatio
que est prescientia nominata. Item queritur de hoc quod
dicit. Quod creator ita dicitur relative. ut tamen con
notio significet. videtur enim dicere falsum. nam creatio signi
ficat modum actionis non relationis. ergo creator
similiter. ergo non dicitur secundum relationem aptitudinis modi. nec
aptitudinis rei illud consistit ergo nullo modo. Item videtur
falsum dicere cum dicit. quod essentiam non significat. quia
creatio significat aliquid aut ergo creatum aut
increatum. si creatum ergo non dicitur de deo. si increatum
ergo cum non significat prius. significat essentiam. Responsio
dicendum quod relative dici aliquid est dupliciter. aut quia
significat relationem sicut nomina que sunt in
predicamento relationis. aut quia habet respectum annexum.
sicut cum omnis actio dicatur respectu ad passum
suum secundum et passum ad agentem sic dicitur relative.
et sic intelligit magister de hoc nomine creator. et
bene aliud quod dicit quod non significat essentiam dicit propter hoc
quod aliquis imponatur divine essentie. et ideo de sola
essentia dicitur secundum omnes. tamen de eo a quo imponitur sunt
controversia. Quidam enim voluerunt dicere quod nomina
sex generum non predicant aliquid in deo. sed copre
dicantur. unde actio non videtur dicere aliquid
in agente. sed ab agente et hoc videtur consonare
rationi quia actio et passio videntur determinari
esse eadem. et communiter hoc videtur consonare verbum
boetii de trinitate. quod alia genera rerum nec de creatore.
nec de creaturis predicantur ista opinio fuit satis
probabilis. et hec fuit magistri. et ideo dicit. quod prescientia
rationes sex imponuntur essentia. sed creatores tamen
relationem. veruntamen illud hodie communiter non tenetur.
dicimus enim deum esse sua actione ut puta sua
creatione. et quoniam essentia est divina actio. et hoc
nomen creator imponitur ab actione. ideo non tamen

impositum e essentie. unde etiam ab essentia sed illa sequitur
relatione si lectius intenderit dicere quod talia non
predicantur. sed non predicantur absolute. Si tamen uelimus
sustinere magistrum secundum eorum opinionem dicemus quod
magister non uult dicere quod creatio non importet di
uinam essentiam. sed quod quantum ex ui uocabuli non dicit
essentiam absolute. sed per modum relationis. sicut sub appel
latione relatiua. sed presciencia duo dicit. scilicet scientiam et intel
lectum dicit essentiam absolutam. unde manet scientia. re
ipsa non manente. non sic est de creatione. non enim
est creatio nisi sit etiam creatura. et secundum hoc uerbum
magistri non habet calumpniam. ¶ Item queritur de hoc
quod dicit. Si nulla fuisset futura esset tamen in deo
scientia eorum. uidetur enim male dicere quia scientia non potest
esse. et quoniam non potest non est scientia sed opinio uel alia acceptio
minus nobilis. ergo cum de nobilitate scientie sit ponere re
uera multo fortius quod diuina scientia ponat quia est nobilissima.
Ad hoc breuiter dicendum quod est scientia qua deus cognitionem
dere et scientia qua scientia rem esse. prima scientia non est in nobis
nec in deo ponit existentiam rei in proprio genere nec de pre
senti nec de futuro. quod patet. quia artifex habet co
gnitionem faciendi domum quam nunquam faciet. Se
cunda est scientia ponit rem tam in deo quam in nobis. sed in
nobis quia dependet in deo quia cognoscit. et quantum
ad primum loquitur magister quod eadem scientia esset. sed non respectu
eiusdem. et respectu totius. et quot non est. quantum ad secun
dum. ¶ Item queritur de hoc quod dicit. Quod omnia sunt
deo presencia non solum que sunt sed et que preterierunt.
Quomodo intelligitur. aut est intelligere de presencia secundum
ueritatem. aut de presentia secundum cognitionem. primo modo sic
est. Constat enim quod ante tempus non est in deo secundum
ueritatem presens sed secundum cognitionem quia habet unam
essentiam. ergo similiter omnia sunt presencia. ¶ Ad hoc dicendum quod
non omnia dicuntur esse presencia secundum ueritatem existen
cie rerum sed secundum cognitionem. quia actu cognoscit pre
senciam preteriti et futurum. et circa actum sue cognitionis
semper est presentialiter. ita quod nulla successio cognitionis dei est
in nunc quod complectitur omnem successionem sine
mutatione. unde omnia sunt ei presencia ex hac duplici
causa. quamuis autem creatura habeat cognitionem
de preteritis. quia tamen cognitio eius transit in preteritum
et noua generatur cognitio ex rei existencia. ideo
non dicitur quod omnia sunt presencia creature sicut dicitur
quod omnia presencia sunt deo. et ideo non ponitur memoria
in deo quia memoria respicit preteritum ut preteritum
non tamen intellectus. sed autem etiam actus illius cognitionis
transit in preteritum. sed presciencia non dicit rationem
sine actu sed in futurum. et ideo in deo con
ueniente ponitur.

Solet hic queri cum omnia dicuntur esse in cognitione dei.
Super egit magister de cognitione dei qua cognoscit
omnia creata. et quoniam cognitum dicitur esse in cognoscente ideo
determinat hic secundo quomodo res sunt in deo. et quoniam res
create non tantum dicuntur esse in deo sed etiam
a deo et per deum. ideo primo agit de existencia

rerum in deo. secundo ut comparat ad alias similitudines
si ex ipso et per ipsum ibi. Prouide si diligenter inspiciamus.
Prima pars habet duas. in prima ostendit qualiter res dicantur
esse in deo a parte eius in quo sunt. uita scilicet sunt
in essentia sicut sunt in diuina presencia. Secundo qualiter
dicantur esse in deo a parte ipsarum rerum ibi. Propterea
queritur cum omnia dicuntur esse in deo, ubi querit utrum
mala sint in deo et soluit quod non. quelibet harum
partium potest diuidi. quoniam primo querit et opponit. et
postmodum determinat. et partes manifeste sunt
in litera. Prouide si diligenter inspiciamus. Hec
secunda pars in qua ostendit hoc quod est esse in deo. ad
alias similitudines importatas per alias prepositiones.
et hec pars habet quatuor. per quatuor capitula. In primo
ostendit horum trium conuenientiam in sancta diuina appropria
tione ibi. Propter quod sciendum est. Innuit differentiam eius
quod dicitur de se ipso ad hoc quod est ex ipso. quarto ibi. Illud
etiam aduertendum est. In quarta. breuiter epilogat
que premissa sunt ibi. Ex premissis apparet. et hec
posset diuidi quoad totam precedentem intellectus
partitionem. patet in litera.

Ad intelligentiam huius partis queritur de existencia
rerum in deo. et circa hoc tria principaliter queruntur.
primo queritur utrum creature fuerunt in deo eter
naliter. Secundo queritur de modo existendi ipsarum rerum in deo.
Tertio quantum ad generalitatem rerum in deo existen
cium. utrum scilicet omnia que dicuntur cognita fuerint et
sint in deo. Item quod primo de existencia. secundo de modo.
tertio de numero. ¶ Quantum ergo ad primum articulum duo
queruntur. primo queritur utrum res fuerint in deo ab eterno
secundo utrum fuerint in deo ratione essencie uel presencie.
Quod autem res fuerint in deo ab eterno uidetur
quia agens cognoscens agit per speciem rei quam
penes se habet. sed res est in anima quia similitudo eius est
in ea. ergo in deo similiter. Si tu dicas quod illud exemplar
nichil est ei rei. ergo secundum illud non deberet dici res
esse in deo. Contra plus facit ad esse rei exemplar quod
est cognitum et productum. quia quod est productum artis.
Sed ergo ratione exemplaris artis producti artis res est in anima
multo fortius debet dici in deo esse ratione exemplaris
producentis. sed hec ab eterno. ergo et cetera. ¶ Item similitudo
producta non est nisi aliquid. sed alicuius. sed exemplar per
quod cognoscit deus non est ipse est deus. ergo
uerius est exemplar rei in deo quam in anima. ergo mul
to fortius res in deo quam in anima et cetera. ¶ Item
quia res potest exire de nichilo. res est in nichilo. et tamen
non totaliter est in potentia nichili. immo agentis. ergo si res
que sunt in potentia dei. totaliter ibi sunt multo
fortius debent dici esse in ipso et cetera. ¶ Contra.
quod exit per creationem omnino nichil est ante quam
creetur sed creature sic exeunt ergo omnino non
sunt ante quam producantur. sed quod non est, nec
est hic. nec ibi. ergo non est in aliquo etiam non in deo.
¶ Item quod est in aliquo est in illo. uel secundum se. uel
secundum aliquid sui. sed res non est in deo secundum se

quia tunc essentia deitatis in deo. non secundum aliquid
sui. quia nichil de ipsa est eternum. sed totum ex tempore
ergo etc. Item quod est in aliquo est in illo secundum esse actuale
vel possibile. sed creatura non est in deo secundum esse actuale.
quia tunc actu esset. ergo si est in deo. est secundum esse possibile
sed omne esse possibile secundum quod huiusmodi est permixtum. ergo si creatura
ab eterno est in deo secundum esse possibile. ab eterno est in deo
secundum esse mutabile. sed hoc falsum. ergo et primum. Item si creatura
dicitur esse in deo quia potest esse a deo. ergo cum ab eterno
esse a deo sit impossibile non erit creatura ab eterno in deo
ratione potentie. Responsio dicendum quod ad dictum esse in aliquo tripliciter vel
secundum actualem existentiam vel secundum similitudinis plenitudinem
et secundum causativam potentiam. primo modo sunt res in universo. secundo modo in
cognitiva substantia. tertio modo in sua causa. hiis duobus
modis ultimis res sunt in deo. quia res est cognoscens
res. antequam fiant et potens producere. unde
quia ab eterno cognovit. et potentia qua produxit ex tempore
in deo fuit ab eterno. ideo dicuntur res fuisse in deo ab eterno.
Ad illud quod obicitur quod nichil omnino est. non est in anima
dicendum quod primum est secundum primum modum existendi. sed
falsum secundum modum secundum et tertium. quia illud quod nichil
est modo deus potest facere. Ad illud quod obicitur
quod est in illo secundum se etc. dicendum quod quantum ad
secundum modum res sunt in deo secundum aliquid sui. quia
sicut secundum esse. sed aliquid rei potest dici tripliciter. scilicet essentialiter
effective. et causaliter. scilicet sicut pars effectus vel causa.
hoc tertio modo est in esse ad rei. quantum ad tertium modum
si potentia creativa. est res secundum se. non in actu. sed potentia. quia
secundum esse potest produci a deo. similiter ad sequens dicendum quod
ratione exemplaris res actualiter sunt in deo ratione
creationis possibilis. quia possibilis produci. Quod obicitur quod non
est in deo est inmutabile. dicendum quod hoc verum est de eo quod est
actu in deo. sed quod potest produci a deo est mutabile.
vel dicendum quod possibile per comparationem ad divinam potentiam quod
est inmutabile. et sic est inmutabile vel ad connotatum
temporale existens. et sic habet esse mutabile. Ad illud quod obicitur de
creatione. dicendum quod quamvis actus creandi non potu-
erit esse ab eterno. tamen potentia creandi fuit in deo.

Secundo queritur utrum res sint in deo ratione
essentie videtur. quia quod in est ratione persone
et proprium quod in est ratione essentie. est communis. si ergo hoc est
commune tribus. patet etc. preterea res sunt in deo sunt
ratione exemplaritatis. sed exemplar creature in deo est divina
essentia quia per se ipsam producit et cognoscit. ergo etc.
Item regula est quod quicquid de deo dicitur in relatione
ad creaturam est essentialiter dictum. sed res esse in deo
est totaliter dictum. ergo etc. Contra quod ratione persone
videtur quia res sunt in deo in quantum possunt ab ipso
exire. sed producere cum sit actus est ipsius suppositi
ergo persone. Item sic dicit aug. li. lxxxiii. q. verbum
dicitur operativum. potentia. si ergo res sunt in deo ratione
potentie operative sunt ratione verbi. ergo cum verbum sit
persona sunt in deo ratione ~~verbi~~ persone. Item aug.
de ci. dei. xi. ca. xxiiii. dicit quod cum deus dixit ut
fiat. intelligitur pater in verbo dei. filius. in visione.

spiritus sanctus. ergo cum eius sit producere in quo sunt. patet ergo quod sunt
ratione persone. Responsio dicendum quod quod in divinis est considerare
essentiam. que est communis. et est communis et absoluta. et considerare
proprietates et considerare eas ut in relatione ad personam
primo dicitur omnimoda absolutione. scilicet proprietas dicitur
relatione ad personam. tertium dicitur relatione ad res
et illa appropriata significat deum ut causam. cum ergo queritur utrum
res sint in deo ratione essentie vel persone dicendum quod proprie
loquendo. nec sunt. sed sunt in deo ut in causa. et sic ratione
appropriatorum que sunt essentialia considerata in personis.
cum ergo obicitur utrum sint in essentia. dicendum quod ille rationes con-
cludunt quod sunt in essentia quantum ad ~~dictum~~ deitatem. secundum quod com-
prehendit appropriata non secundum quod in omnimoda absolutione
considerantur. Quod obicitur ad oppositum non concludit
de persona ratione proprietatis. sed ratione appropriatorum.

Consequenter quantum ad secundum articulum queritur de modo
existentie rerum in deo. et circa hoc queruntur duo. primo
queritur utrum omnia que sunt in deo sint in ipso vita. secundo
utrum res verius sint in deo quam in universo. sive in proprio
genere. Quod autem omnia sint in deo vita videtur.
Jo. i. quod factum est. in ipso vita erat. sed omnis creatura
est facta. ergo creatura omnis est in ipsa vita. Item aug.
v. super gen. ad litteram omnia dicuntur in ipso fuisse
vita. non in sua natura. quia omnia novit antequam
fierent. Item ratione videtur. quia divina essentia
est vita. ergo quod est divina essentia. est etiam vita. sed
creatura in deo est divina essentia quia quicquid est
in deo est deus. ergo est vita. et hoc est quod dicit ansel. in
mon. xxxiiii. c. et xxxvi. c. quod creatura in deo creatrix est
essentia. Item intelligere est una differentia eius quod est
vivere. cum vivere dicatur quadrupliciter secundum philosophum. si
igitur intelligere est vivere. ergo omnis ratio intelli-
gendi est ratio vivendi. sed res sunt in deo secundum suas
rationes intelligendi. ergo sunt in deo viventes
sed non participatione. ergo sunt vita simpliciter. Contra.
act. xvii. In ipso vivimus movemur et sumus. ergo si
quia vivimus. sumus in deo vita. ergo quia in ipso
movemur. sumus in eo motus. sed hoc non dicitur. ergo nec illud
debet dici. Item si res dicuntur in deo vita. aut ergo
ratione potentie. aut notitie aut non. non ratione potentie. quia
res existens quod potest produci per rationem antequam producatur.
nichil omnino est. quia secundum totum producitur. si nichil est
ergo nec vita. nec ratione notitie. quia tunc
cum mala sint a deo cognita. tunc mala essent in
deo vita. quod absurdum est. Item verbum vocis. et verbum mentis. dei
non est nisi futurorum. ergo sola futura viverent
in deo. sed alia que futura sunt in deo per ydeam. ergo
non esse quod est in deo est in ipso vita. Item hoc videtur
quia exemplar eternum representat res expressissime secundum
quod sunt. et ab ipso exeunt. ergo cum quedam vivant.
quedam non. quedam representat per modum viven-
tium. quedam per modum non viventium. ergo quedam
sunt in deo vita. et quedam non. Responsio huius questionis.
quare magis dicuntur res esse in deo vita. quam sapientia
vel essentia vel intelligentia. ad hoc voluerunt aliqui dicere

quia non omnia que dicuntur esse esse in deo sunt in illo vita. sed ea solum que sic sunt in deo. ut disposita fieri. et ideo hoc est. quod verbum. et vita dicit actum et dispositionem. et ideo dicit anselmus in monologio. capitulo .9. verbum non est nisi eorum que sunt vel futura sunt. et ideo ea sola sunt in deo vita. et ideo dicunt quod ad rationem dicendi vitam concurrit necessario quod res sunt in deo quantum ad potentiam notitiam. et modum producendi. sed hoc non potest stare secundum augustinum. aliter enim ut ipse dicit .vi. de trinitate. est ars plena omnium rationum viventium. sed constat quod non impletur nisi omnibus infinitis. ergo infinite res viuunt in deo. ergo non solum entium vel futurorum sed etiam omnium possibilium. et item augustinus libro .lxxxiii. questionum dicit quod ratio est etiam si numquam aliquid per illam fiat. sed constat quod ratio in mente artificis viuit non quia res extra producitur. viuit est etiam si res corrumpatur. et exterius esse omnino nichil faciat ad vitam. et ideo patet quod non solum presentia vel futura viuunt in deo. et propterea aliter dicendum quod res triplicIter sunt in deo videlicet ut in principio producente. et sic sunt in rationibus potentie. ut in exemplari exprimente. et sic sunt in rationibus notitie. et ut in fine conservante et non. per modum quo in principio producente. cum totum ex nichilo producatur. dicendum non omnino sunt. nec vita. nec aliquid. quod non sunt in deo tamquam in fine conservante cum conservent secundum esse quod habent. sic sunt quedam vita. quedam non. unde quedam tantum sunt. quedam sunt. et mouentur. et viuunt. quedam ut homines et sunt et mouentur et viuunt. quia non sunt ut in exemplari exprimente. sic sunt in ipsa vita. et quia non solum in illo exemplari exprimuntur entia. sed et omnia possibilia deo. propterea omnia sunt in deo vita quia in ipso sunt. et ideo dicit beatus iohannes. quod factum est in ipso vita erat. et sic patet quod esse in deo attenditur secundum triplex genus cause. et simpliciter patet quo rationes potentie. et notitie. et ideo absoluitur illa questio secundum quod genus cause. vel secundum quantitatum conditionum. dicuntur res esse in deo. patet etiam que in deo dicuntur vita. scilicet omnia que sunt in ipso tamquam in exemplari. ❡ Ad primum ergo quod obicitur. quod in deo mouemur. et cetera. intelligendum est. quantum ad tantum modum essendi in deo. scilicet per conservationem. dicendum est conservat in nobis vitam et operationem et essentiam. et quantum ad hoc intelligendum illud verbum. ad secundum quod dicitur ratione cuius dicuntur in deo vita dicendum quod rationes potentie et notitie simul quia ista duo concurrunt ad rationem exemplaris. non est exemplar. deus nisi eorum que cognoscuntur et fiunt. ❡ Ad aliud quod obicitur quod res in illo exemplari representatur ut sunt dicendum quod verum est. tamen non oportet quod ratio representationis sit talis omnino qualis est representatum sicut supra ostensum est. et ideo sic corporalium est ydea spiritualis et non viventium viuens. ❡ Ad illud quod ultimo queritur quare magis dicuntur res esse in deo vita quam alia dicendum. quod quamuis predictum verbum multas habeat expositiones. quod dicitur quod factum est in ipso vita erat tamen specialiter circa hoc verbum consideranda est veritas dei et

doni. et unitas dei ut dicit augustinus. et quod omnis res facta a deo vel etiam res posse fieri habent rationes in deo per quas intelliguntur que quidem rationes viuere dicuntur quia sunt in verbo viuente. secundum quod viuens est et in ratione intelligendi qui est actus vite et ideo in artifice creato dicuntur viuere. sed in deo non tantum dicuntur viuere sed etiam ipsa vita. quia ipsa ratio cognoscendi in deo est ipsa intelligentia. ❡ Post autem dicendum sunt hec. cum enim res habeant esse in deo et etiam in mundo et diuersimode. quia aliquas proprietates habent secundum existentiam in mundo que non competunt eis secundum quod sunt in deo ideo non solum dixit quod factum est in ipso erat sed vita ut omnes ille conditiones excluderentur. creature enim in mundo habent esse commutabile et corruptibile quod est vita est actus spiritualis et continuus fluens ab ente quieto et sempiterno propter hoc dicendum est quod res sunt in deo vita ut per spiritualitatem excludatur corporeitas per quietem variabilitas per simplicitatem corruptibilitas.

Secundo queritur utrum res sint deo quam verius in vniuerso suo in proprio genere. et quod verius sunt in deo videtur per augustinum .v. super genesim. ad litteram omnia priusquam fierent erant in notitia facientis et utique ibi meliora ubi eterna. ubi verioria et incommutabilia. ❡ Item unumquodque sic se habet ad esse ita ad cognitionem sed creature verius cognoscuntur in deo quam in proprio genere. ergo verius sunt in deo. ❡ Item omne quod est in aliquo est in eo per modum eius in quo est. sed deus est in infinitum nobilior mundo. ergo in infinitum nobilior et verior modo sunt res in deo quam in vniuerso. ❡ Item nobilius et verius est esse vite quam non viuentis. sed omnia viuunt in deo ut supra monstratum est. non autem in genere proprio ergo et cetera. ❡ Contra verius est res ubi est simpliciter quam ubi est solum secundum quid. sed in deo solum dicitur esse secundum quid quia non sequitur asinus est in deo ergo asinus est. sed in proprio genere est simpliciter. ergo ibi verius. ❡ Item verius est res ubi est secundum principium intrinsecum et proximum quam ubi est ut in principio extrinseco et remoto. sed res in mundo sunt secundum principium intrinsecum in deo autem ut in principio extrinseco ergo et cetera. ❡ Item verius est res ubi est secundum propriam entitatem quam ubi solum secundum similitudinem sed in deo est homo et lapis et cetera secundum similitudinem ergo et cetera. ❡ Responsio dicendum quod triplex est existentia rerum. scilicet in exemplari eterno. in intellectu creato et in ipso mundo. in exemplari eterno. in intellectu creato sunt res secundum similitudinem in ipso mundo secundum entitatem propriam. cum ergo queritur in quo sunt verius. hoc dupliciter potest queri aut ita quod fiat comparatio eiusdem rei ad se secundum diuersum modum existendi ut sit sensus. ubi lapis verius habet esse vel cum est in cognoscente vel producente vel cum est in se. et hoc modo concedendum est quod verius est unaquaque res in proprio genere quam in deo sic probant rationes ad hoc inducte. alio modo potest fieri comparatio rei ad suam similitudinem. ut sit sensus. quomodo quid habet esse verius et nobilius utrum ipsa res vel eius similitudo et hoc modo simpliciter concedendum quod similitudo rei verius et nobilius esse habet in deo quam ipsa res in mundo et cetera.

eiq e. quia e ipe dr tconcedend sut tres adhec inducte. adhuc similitudies rer i intellectu cato. ueri tnobilius. hnt ee qua res i uniuso ut dr aug. de tri. no rone ei qd sit. s rone ei i quo. quia sunt nobiliori tspualiori m siltudies. i Intellectu cogno. qm sit ipe res i mundo co tente. tsic patent rationes adutraq parte. m ad p argumtu qd fit de compatione ee adcog scedu q p generalit intellectu qd res ibi e ueri ubi ueriuis cognoscit no ht ueritate. q e cogsce q no e i deo sic ad cognosci no sequit ee ita neo ad n cognosci uere ee n aduerius cogsa uerius ee. qm ergo dicitur qd uniuqdq sicut se ht ad ee ita ad cogtione. s intelli quia ead pri que sut pri eendi sut pnc cogscendi. s tam pnc eendi cofert ee ple ipa s cogne no conferut ple s psuas similitudies.

Tertio loco e qd de tio articulo. s. de gnali
existencie re in deo tec hec qrunt duo. p
qr utru mala sint i deo. Secundo utru sit i pfcu sm
q ht. Qd aut mala no sut i deo ur. aug. de.
li. ar. Jnim res recte uitupant inquantu eau
uituperator arte in qua facta sit uidet ut
hec reis uituperet. qd i arte no uidet. si g uitu
perantur quantu ad malicia sui inquantu mala
thec m no uident i deo. g hec m no sut i deo.
Item ome qd e in deo e ex ipo t p ipm ut dic
aug. t magr in littera s nulla umq sut ex
deo nec p deum. g nec i deo. Item ome qd
e in deo aut e sicut i pnc pducente aut sic
i exti exprimte. aut sic in fine consuate. s co
stans e qd dr no e pnc pducens mala n etia
consuans. Item no e exemplar exprimens q
ratio ex artis attenditur sm assimilatione s dei ad
malum nulla e assimilo. g mala nullo m sut
in deo. Item quanto aliquis melius e tanto mag
distat a malo. s ds e optimus. quo nich melius
pot cogitari. g tanta distancia differt qnta
nulla maior pot cogitari. s mag distat a malo
qd nec ht ueritate malitie nec siltudine qm qd
ht salte similitudine t umq nullo m e malu
quia umq a m e g. tc. Cont ome q cogscit
ab aliq qui e sua cognito e i ipo tamq i cognos
cte. s ds cognoscit mala quia ea punit t reprehat. ds
e sua cognitio g mala sunt in deo. Minor patet.
Maior simili quia omne cognitu e i cogtione. s
g ide e cognito t cognoscens. s g e in cogscete.
t i cognoscente. Item ome qd cognoscitur in
aliquo e i illo in quo cogscitur s mala cogscut
in deo g sunt i deo. plo minor. mala cogscunt
a deo constat. aut in se. aut ext. no ex. hec
constat qa diuin aspectus no ext ex tunc enim
indigebat alio ad cogscend. t iam angli cogscut
mala in deo. Vn aug. sup. gn. ad littera. angli
uident in illo bona nra que eis placent. t mala nra
que eis displicent. Item ome qd cogscit maliq
t no p accidens e aliq m in illo sicut i exti. s mala
cognoscunt a deo. s no p accens. quia nich cogscit
p accens s omia p se g mala sunt i deo. Item
ome qd cogscitur ab aliq no p puatione cogscit
p siltudine t ydea. s i deo no cadit cogtio p priua
tione. quia nulla pot i illo esi ee puatio cu sit
purus actus. g si cognoscit mala no cognoscit p
puatione s p similitudine. s siltudo e ydea
in deo. g mala hnt ydeam i deo. Resp dd q mala
a deo cognoscunt no tam in deo existunt sm
qd mala quia sic loquim i pposito. Item ideo in qm
cognoscunt. quia sic rectum e iudex sui t obliq
sic sima ueritas t lux t act e ratio cogscendi no
tantu ueritate t luce t actu. s etia obliqtate
tenebra t puatione. Vn lux se ipa tenebram
cognoscit no sunt aut mala in deo qm illa dnr
ee in deo qm illa dnr ee in deo ad que co hoat
ds sm aliquod gen ee. t maxie sm gen ee ca
t exemplaris malu aut no ht deu pca n p ea
quia malu ratione malicie dic sol puationem
exemplar aute sm qd hi dicit assimulationez
qm ergo puatio sm qd hi nulli e assimulabil
hic e q nec malu nec siltas ht ydea i deo sim
aut oppositu e assimulabile. Vn cum uno t eod
cognoscit deus bonu t malu sibi oppositu. bonu
cognoscit sedm rationem assimulatois. t ideo bonu
e in deo ut i cam t ut cogitum p se. t p mod ponis.
malu aute cu cognoscatur a deo no ht i ipo ydea
ideo no e in deo. quamuis sit in dei cognitione
quia quis cogscitur a deo no cogscitur p ydeam
sui s boni cui e puatio. t ideo dicitur cognosci p
accidens t p priuatione. Ad i g qd obicitur
q malu e in dei cogtione. t cogtio e deus g. tc.
Dd q l3 e ista sm accns quamuis e ide sit cogtio
dei quod deus. tam aliquid gnotat sic potentia
t sapia. Vn sicut no sequit e in dei notitia g e
i ipo. imo e ibi accns t ignis sic i pposito. Ad p
qd obr qd malu cognoscit in deo g e i deo. dd
q nec p sequit ~~qd malu cogscit~~ plus e dicit ee
in deo qm cognosci a deo ul in deo. Cum e dicit
aliquid cognosci a deo ul i deo. p hoc intelli qd ds
sit ratio cognoscendi illud. s cum additur qd
hec sit in deo signatur. qd ds sit ratio cognoscendi.
ut ex ar t p assimilatione t ideo e ibi conueniens.
Ad illud q obicit qd cogscit no p accidens ma
la. tc. dd qd cognosci p accidens hoc e dup aut
a pte cogscentis. aut cogniti. p deo nulla cadit
cognitio p accens a parte cognoscentis. quia oia
cognoscit se ipo. tam cadit a pte cogniti. qm ad
cognoscit p similitudine suam. ut bonu ad p
similitudine sui oppositi ut malu e. t tc e ibi
p accens no intelligendo. s i assimulando. cu
enim ds cogscit malu. no intelli assimilari ei.
s suo opposito. sili- soluend de puatione. quia

cognoscere per privationem. est duplex. aut ita quod sit privatio
in virtute cognoscente sicut cognoscit auris silentium et oculus tene-
bram per aurem et oculum. et sic potest imperfectorum. aut ita quod
sit privatio in cognito. non in cognoscente. sicut lux cognoscit
tenebram si habet in cognitiva. sonus silentium. et sic
cognoscit deus. quia est actus purus et lux veritatis.

Secundo queritur utrum imperfecta secundum quod huiusmodi sunt in deo
et videtur quod non quia mala ut mala non possunt
habere similitudinem cum summo bono. ergo pari ratione cum
imperfecta non habeant similitudinem cum perfectissimo non
erunt in deo. Item illa sola sunt in deo que possunt esse
a deo et ydeam. sed imperfecta a deo non sunt quia dicitur deuteronomii
32. dei perfecta sunt opera. Item specialiter obicitur de materia et pas-
sione et divisibilitate et compositione. cum enim quelibet sub ratione exemplaris sit forma
sit actus purus et ita omnino simplex. videtur quod ratio materie et passionis
et divisibilitatis et compositionis repugnet exemplari. et si
hoc cum nichil dicatur esse in deo sine ratione exemplaris. patet etc.
Item sicut veritas est generalis conditio entium. ita et unitas.
sed oppositum veritatis non habet ydeam in deo. aliter et bonitatis
ergo pari ratione oppositum unitatis. sed oppositum unitatis
est multitudo. ergo etc. Contra augustinus ad [illegible]
qui totum condidit non potuit et partium non habere noticiam [?]
ergo cum partes subiective partium sint imperfecte patet
quod habent rationes imperfectorum. Item omnis cognitio divina
est a superiori. cum ergo in omni creatura prius cadit ratio
imperfecti quam perfecti ut in quantum sunt principiorum quam prin-
cipiati partium quam totius. ergo prius hec cognoscit deus.
ergo si perfecta habent ydeam in deo necesse est quod habeant
etiam imperfecta. Item divinum exemplar exprimit sed totum
aliquando non perfecte cognoscet. ergo quicquid est diversitas [?]
habet exemplar. sed materia est de veritate constitutionis et imperfecta de constitu-
tione perfecti. ergo etc. Item omnis effectus assimilatur
sive est aliqua assimilatione sed minima assimilatio
sufficit ad rationem exemplaris. ergo omne quod est a deo habet
ydeam in deo. sed materia est a deo et passio et compositio et divisi-
bilitas quia omnia dicuntur ens. ergo omnia sunt in deo. Preterea
ad hoc invenitur aliquid quod imperfecta si non sunt in deo non
cognoscuntur a deo per aliquam ydeam propriam. sed per ydeam
actus multitudo per ydeam unitatis. Set illud
stare non potest cum enim ista omnia dicant aliquam
entitatem et ita veritatem de necessitate aliquam assimila-
tionem habent ad primam veritatem et ita formam exemplaritatis
et ideo necesse sunt in deo. Propter intelligendum quod cum queritur
utrum imperfecta habeant ydeam in deo hoc dupliciter
potest intelligi aut ratione ipsius quod subest. aut ratione
imperfectionis. Si ratione imperfectionis etiam imperfectio
sit privatio et privatio non indicat ens. nec quod a deo
non assimile sit. non habet ydeam. Si autem ratione eius quod subest
sic nichil dicitur quod imperfectum in aliquo dicit entitatem. sic habet
ydeam. sed imperfecta non. sed perfecta. quia sicut viventium
non est ydea vivens. et corporalium spiritualis. sic temporalium
eterna et imperfectorum perfecta. neque tamen malorum est
ydea bona. unde non quod ydea sic sumpta dicantur in quantum
de ydeis. dicit assimilationem extra genus. prima
autem assimilatio est in ratione exemplaritatis in deo

Omne igitur quod dicit de se rationem exemplaritatis sive
sit compositum. sive imperfectum. sive materiale. sive
possibile. sive in actu. sive in potentia. potest deo assimilari
et produci. et ideo in deo habet esse. Quod autem dicit privationem
hoc ipso amittit rationem veri effectus et rationem
assimilationis. et ideo falsitas et malum ydeam non habent
nec sunt in deo. nec a deo. ex hiis patet quod imperfecta
sunt in deo. patet etiam quesitum. Quod est obiectum de malo.
patet. Preterea quod materialis dicit simpliciter privationem
in deo quod malum nec sic imperfectum. Ad illud quod obicitur
quod imperfecta non sunt a deo. dicendum quod imperfecta que sunt
a deo sunt. licet in eis non remaneat imperfectio quia
deus perficit. Ad illud quod obicitur quod non habent assimi-
lationem dicendum quod quamvis non habeant in specialibus con-
ditionibus. habent tamen in generalibus et hoc sufficit. omnia
enim habent rationem boni et pulchri et veri. Ad illud quod obicitur
de opposito unitatis dicendum quod non est simile. nam
unitas salvatur in multitudine. non sic bonitas
in malitia. nec veritas in falsitate quia ille sunt
privationes. non sic autem unitatis privatio est mul-
titudo. ideo patet totum.

In parte ista sunt dubitationes circa litteram. et primo
¶ Contra. predestinatio importat relationem ad predestinatum. sed omnis relatio ponit respectum verum vel in utroque extremorum vel saltem in altero. sed predestinatio non ponit verum respectum per comparationem ad predestinantem. ergo ponit respectum verum in predestinato. sed verus respectus non fundatur nisi supra quod creatum. ergo predestinatio dicit quid creatum et temporale. ¶ Item predestinatio importat actionem et omni actioni respondet passio. ergo cum actio et passio non sint in eodem quia non est idem predestinans et predestinatio necesse est quod sit in alio. sed aliud non est nisi quod temporale et creatum. ergo predestinatio importat quid temporale et creatum. ergo non est eterna. ¶ Item predestinatio importat ordinem predestinantis ad predestinatum aut ergo secundum esse quod habet in deo aut secundum esse quod habet in proprio genere. non secundum omne quod habet in deo quia sic est deus. et non sequitur dictum. ergo secundum esse quod habet in proprio genere. sed esse quod habet in proprio genere est quid temporale et creatum. ergo predestinatio similiter. et sic etc. ¶ Item actus omnis divinus qui non reflectitur super essentiam vel personam transit extra. et omnis actus transiens extra ex tempore dicitur de deo. cum ergo predestinatio non transeat in personam vel essentiam sed extra. ergo est temporalis.

¶ Item predestinatio est preparatio. sed nichil dicitur preparari antequam incipiat aliquid fieri secundum principium intrinsecum. artifex enim non dicitur preparare domum ante ligna et lapides sola cognitione. ergo necesse est quod ponatur in re. ¶ Responsio. dicendum quod in predestinatione non sunt nisi duo. scilicet principale significatum et connotatum. principale significatum est divina essentia. connotatum vero est creatura ut gratia et gloria et persona salvanda. et hec duo importat predestinatio cum ordine antecessionis unius ad alterum. ratione propositionis. quoniam ergo significatum principale est eternum. ita predestinatio est quid eternum. ¶ Rursus quoniam importat antecessionem significati ad connotatum et illa antecessio est ab eterno. ideo predestinatio est quid eternum et ab eterno et concedende sunt rationes ad hoc. ¶ Ad illud quod obicitur de relatione dicendum quod res sive relatio potest significari in deo dupliciter vel respectu existentis in actu vel respectu existentis in potentia. futuri aliquando in actu. et quoniam respectu existentis in actu. tunc necesse est quod respondeat verus respectus in actu. quando vero respectus existentis in potentia sufficit quod respondeat in potentia et talis fundatur super ens in potentia et ideo actu nichil ponit nisi deum. ¶ Ad illud quod obicitur de actione. dicendum quod est actio secundum rem et actio secundum modum. actio secundum rem quia est principium efficiens aliquid respondet. passio differens secundum rem ut creationi actioni creatio passio. actioni non secundum modum non respondet passio nisi secundum modum differens ut cognitioni actioni ipsius dei respondet ipsum cognosci et hoc quidem realiter non est aliud sed secundum modum

quoniam igitur predestinatio non importat nisi processionem siue actiue siue passiue. ideo est complexum et hoc est ad quod dicitur.

Ad aliud quod obicitur de ordine dicendum quod est ordo secundum nobilitatem et secundum durationem. et ordo secundum nobilitatem ponit extrema simul ordo. non secundum durationem. contrario quia ordo est ponit extrema non esse simul et secundum rationem antecedendi ordo simul est cum ante et siue precedere. similiter secundum rationem subsequendi simul est cum subsequente. Quoniam igitur predestinatio importat ordinem secundum rationem precedendi ideo eterna est quamuis sit respectu temporalis quoniam non est simul cum illo sed antecedit. Ad illud quod obicitur quod predestinatio transit extra. dicendum quod transire extra duplex est. aut ad quod est extra aut aliquid quod est intra. sicut extra. et primo non connotat ad factum et dicit quod temporale ut creare et gubernare. secundo modo non ut predestinare.

Ad aliud quod obicitur de predestinatione quod attenditur secundum principium intrinsecum non secundum causam efficientem dicendum quod quedam est causa efficiens que operatur secundum quod materiam preiacentem. et ista quidem quia alio indiget non dicitur separare quoniam solum iubet et disponit intus. sed quando materia aptatur exterius quedam est causa efficiens que nullo indiget ad operandum. sed tantum cum uult operatur et tali separare non est aliud quam disponere et componere et talis est deus quia nullo alio indiget a se ad operandum.

Secundo queritur quid sit predestinatio. utrum scilicet dei scientia uel uoluntas et supposito quod dicat aliquid quid sit utrumque. contra enim sic dicit augustinus. prescientia beneficiorum et propositum miserendi. queritur quod istorum importet principalius per modum complementi et quod importet scientia. uidetur quod compositum trahit significatum a componentibus sed contra ut cum dicitur. ut missio et ordinatio. in ratione predestinationis accipitur ut ordinatio. nam sic dicit augustinus predestinare idem est quod preordinare. sed artifex licet uolens et sciens preordinet non tamen ordinat in quantum uolens. sed in quantum sciens. ergo etc. Item scientia non diuiditur secundum rationem accipiendi diuersitates. uel idea quia sit uoluntatis. sed in ea que sunt cognitionis. sed nos diuidimus diuinam scientiam in predestinationem et reprobationem. ergo predestinatio secundum quod huiusmodi ad scientiam importat. Contra predestinatio est causa gratie et glorie. sed gratia gloria immediate sunt a deo. ergo predestinatio de se dicit quod in genere uoluntatis. si dicas quod ex ui nominis non importat illam causalitatem. contra esto quod deus preferret aliquem habiturum gratiam et gloriam aliunde quam ab ipso. non diceretur predestinare. ergo de se dicit causalitatem. Item predestinatio importat scientiam et uoluntatem. sed quandocumque sunt duo in aliquo importantur uoluntas se habet per modum generis. et addentis ad scientiam sed quod consequitur et addit se habet per modum differentie et complementi. et talis est res denominanda. uidetur ergo quod completius importet uoluntatem. et ita quod male statuet magister. Responsio dicendum quod cum predestinatio significet diuinam scientiam ut causa gratie et glorie. et hoc secundum ordinatam distributionem gratie. ut causam gratie et glorie quam est de se. non tantum importat scientiam. sed etiam uoluntatem ipsius. sed quoniam causalitas gratie et glorie attribuitur proprie uoluntati. ut efficienti. sed scientie ut disponenti. et potentie ut exequenti. ideo ista predestinatio importat illa tria tamen principaliter est in genere notitie. et ideo ab augustino diffinitur predestinatio per illa tria. primo per illud quod respicit potentiam in libro de fide ad petrum. predestinatio est gratuite donationis preparatio. secundo per id quod respicit scientiam in libro de bono perseuerantie. predestinatio est prescientia beneficiorum dei. tertio per illud quod respicit uoluntatem expressissime in libro de predestinatione sanctorum. predestinatio inquit est propositum miserendi.

Ad illud quod obicitur quod dicit ordinem dicendum quod est ordo duplex. unus dispositionis rerum in uniuerso et hic appropriatur scientie. alius directionis in finem. et hic appropriatur bonitati siue uoluntati. et hoc non est de ratione predestinationis. Ad aliud quod obicitur quod est pars prescientie dicendum quod quemadmodum fides et prudentia sunt in genere cognitionis tamen addunt supra cognitionem aliquid quod contrahit in genere uirtutis quod respicit uoluntatem. per hunc modum in proposito est intelligendum quoniam scientia non tantum accipitur pro simplici notitia sed etiam ut frequenter pro practica et hec non complectitur scientiam cum uoluntate. et magister sic accipit generaliter et ideo comuenit predestinationem inter ea que sunt scientie. Volunt tamen aliqui dicere quod principaliter est in genere scientie. eo quod in ratione predestinationis cadit scientia in recto. sed uoluntas in obliquo. est enim predestinatio scientia beneplaciti utrique modus dicendi satis est probabilis. sed primus magis.

Secundo queritur ad huius primum articulum queritur de necessitate predestinationis. circa hoc queruntur duo. primo queritur utrum inferat necessitatem salutis liberi arbitrii. secundo utrum inferat certitudinem in euentu.

Quod autem inferat necessitatem ostenditur sic. omnis causa que necessaria est in se. et necessario ponit effectum. infert simpliciter necessitatem effectui. sed predestinatio respectu salutis est huiusmodi. ergo etc. minor patet. predestinatio enim cum sit deus in se dicit quid necessarium et tamen necessario infert effectum. quia necessario sequitur. si est predestinatus saluabitur. ergo etc. Item omnis causa que nullo modo potest cassari necessitatem ponit circa productionem effectus. nam cum dicitur cassari. cum nullum ponit effectum. sed predestinatio nullo modo potest cassari. ergo predestinatio ponit necessitatem. Item quotiens cumque due cause concurrunt ad aliquem effectum quas impossibile est discordare. si una est immutabilis necesse est alteram esse immutabilem et hoc est per se manifestum est per se. nam si altera esset mutabilis reliqua existente immutabili possibile est eas discordare sed impossibile est quod predestinatio et liberum arbitrium sit immutabile. et hoc cum hoc totum sit immutabile. restat ergo quod necessitatem importat predestinatio liberi arbitrii et saluti. Item uidetur quod predestinat

discordet quod [illegible] predestinatio sit [illegible] immutabilis [illegible] et liberum arbitrium [illegible]

nullo modo possit dapnari. et h' tunc necessario saluat' 7 ostenditur hac ratione. ista duo conueniunt esse presciatum 7 dapnari esse predestinatum 7 saluari. sed predestinatus non potest esse presci'. ergo non potest dapnari. probatio medie. quando aliqua duo sic se hnt q' inpossibile est unum alteri succedere neque possunt simul in esse. si alterum in est inpossibile est reliquum inesse. sed esse predestinatum 7 esse presciatum sic se hnt q' inpossibile est simul inesse eidem impossibile est etiam alterum alteri succedere. si q' h' primo sit predestinatus. ergo 7c. ¶ Item de omni quod eternum est. cum non est. inpossibile est esse. quia inpossibile est q' non ens sit eternum. sed presciatus non est. eternaliter est presciatus ergo illum qui non est presciatus inpossibile est esse presciatum. sed predestinatus non est presciatus. ergo 7c.

¶ Item de eo q' non est. idem est dicere. h' potest esse. 7 incipere esse. sed presciatum est quid non ens. respectu predestinati. ergo idem est dicere. predestinatum potest esse presciatum. q' posse incipere presciari. siue dapnari. sed non potest incipere esse presciatus. ergo 7c. ¶ Contra predestinatio diuina nullum facit indigne saluari. ergo cum dignitas in saluando respiciat meritum. 7 meritum .li. ar. ergo predestinatio non tollit. ar. libertatem. Sed quod .li. ar. ergo nec inponit necessitatem. ¶ Item predestinatio nichil aufert .li. ar. sed tantum ponit in eo gratiam. sed gratia nulla infert. li. ar. necessitatem. ergo nec predestinatio. sed nulla ei inponit necessitatem. ergo cum salus pendeat ex .li. ar. patet 7c. ¶ Item predestinatio inponit necessitatem ergo cum omni casu contingente necesse sit eum qui predestinatus est saluari. ergo frustra laborat ad benefacere. quia siue faciat bonum. siue malum. necesse est eum saluari. ¶ Item nullus laudatur in eo q' necessitatis est. neque uituperatur. si ergo necesse est predestinatum saluari. 7 presciatum dapnari. nec predestinatus laudandus est si saluatur. nec presciatus uituperandus si dapnatur. q' est contra tractatum glosse. 7 pene. ¶ Ad hoc dicendum q' predestinatio nec infert necessitatem saluti. nec infert necessitatem .li. ar. quoniam predestinatio non est causa salutis nisi includendo merita 7 ita saluando. li. ar. ¶ Ad in telligentiam autem obiectorum notandum q' predestinatio duo importat 7 rationem prescientie. 7 rationem cause. inquantum dicit rationem cause non necessario ponit effectum. quia non est causa per necessitatem sed per uoluntatem. 7 tamen est non. tota causa. sed cum alia causa. contingente. scilicet .li. ar. Ratio autem est quia quando aliquis effectus pendet ex causa necessaria 7 inuariabili a necessaria. tamquam ab uniuersali 7 inuariabili. 7 tamquam a particulari de nouatur a uariabili. quia denominatio est a causa particulari. 7 effectus qui dependet a causa contingente. est contingens. pret rationem cause. importat rationem prescientie. 7 prescientia quidem totum includit in cognitione. quia .li. ar. 7 eius cooperationem 7 utilitatem. 7 totum

7 preterea. non est nisi uerum 7 certa. de contingente est infallibilis sicut supra monstratum est. in cognitione de prescientia. ideo predestinatio infert salutem. 7 non potest cassari. nec discordare. ab .li. ar. 7 quia prescientia nullam inponit necessitatem consequentis. sed solum consequentie. similiter nec predestinatio. 7 ex hoc patent ea que obiciuntur de necessitate inferendi 7 possibilitate cassandi. 7 inpossibilitate discordandi. h' enim omnia dicunt necessitatem consequentie solum. quia insunt predestinationi. non ratione causalitatis. sed precognitionis que est concordia 7 infallibilis concors. quia prescientia. siue precognitio uera. que est cognoscit uere. cognoscit rem presentem esse. sic est. 7 futuram ita euenire sic eueniet. est enim ueritas adequatio rei 7 intellectus. est tamen certa. quia independens. quia nullo modo dependet ex precognito, non enim secundum eius exigentiam cognoscit, sed secundum exigentiam luminis 7 claritatis eterne. in qua nulla cadit dubietas. sed certitudo summa. 7 ideo omnibus equaliter certa est. 7 uerum infallibilis. quando est totum presens presenti. circumplectens. ideo in nullo potest falli. nec circumueniri. 7 est exemplum boecii. in .u. li. de consolatione, u. q' si aliquis aspiceret de loco eminenti circum iacentem regionem. ubi est multitudo uiarum quas omnes simul 7 uno aspectu uideret. ambulans per locum illum quantumcumque per diuersas uias ire non tamen posset uisum eius latere. pro eo q' per nullam uiam posset ire quam ille non uideret. Sic ergo intelligatur unus esse uisus. qui possit omnes uias prouidere totum presens euntes nullo modo q' eum preueniente circumueniri posset. 7 talis est aspectus diuine prescientie. quia abeterno cognouit omne q' peccator cogitare. uel uelle. 7 talis eum h' uidet nunquam peccare nisi uoluntas 7 operatio inclinaret 7 quia totum posse 7 uelle 7 agere complectitur ideo non potest falli. 7 quia predestinatio claudit prescientiam hinc est q' concordat cum .li. ar. 7 non potest discor dare. 7 non potest cassari. 7 necessario infert salutem sed non necessario efficit. Ad illud quod querit utrum predestinatus possit dapnari dicendum q' sic. sine distinctione. quia quamuis hec possit distingui de re uel de dicto. predestinatum dapnari est possibile. sic hec album possibile est esse nigrum. h' tamen non est distinguenda secundum artem predestinatus potest dapnari. sicut h' hoc album potest esse niger. non enim potest esse de dicto cum non sit determinatio propter q' intelligendum. q' ista habet tres causas ueritatis. predestinatus potest dapnari. sicut hec. predestinatus potest esse presciatus aut quia forma predicati potest esse subiecto. cum forma inplicita uel post forma inplicita. uel sine forma inplicita. quocumque modo predicatum possit inesse. iudicandum est locutio simpliciter uera 7 dico q' in tertio sensu locutio est uera. predestinatus potest esse presciatus. predestinatus enim potest non esse predestinatus. 7 necesse est omnem hominem esse predestinatum uel presciatum. non sequitur q' possit esse presciatus. 7 hoc quidem necessarium est pro ratione fidei dictum 7 ratio. q' sequitur si est pre-

destinat' saluabit'. unius fides dic. unito/ q' istu
saluario contingens. et q' dicet quum et asseret re
spuend' eet fm omniu iudicium certu. et tn aris
dicit q' si consequens e contingens et pot' e accns
ee necem. et h' soph' pbatum e p certos regulas. et q'
diceret hui contrarium totam arte sillogisticam
destineret cui uirtus illationis e ut oppositum co
sequentis no possit stare cu ante. Similiter e aute
q' oppositum contingentis stat cu necio. istu
g' ee pdestinatu n' e necem ul contingens. t
i pot' et no e i pot' neo necm g' e contingens. et
contingens pot no ee. g' iste q' e pdestinat' pot
no ee pdestinat'. et hoc quid credo q' uerius
sit poni. h' tam difficile e intelli. pot tam sic capi
si psupponam quatuor. nd. pimu e qd' presens diuine
eternitatis circuplectit' ome tps. idem et uniforme
et h' dic ansel' in lib' de concordia psole. et li. qd'
sicut presens tps circuplectit' omem locu et ome qd'
i loco e. ita presens eternitatis ome tps. et h' necem e
pot. quamuis no psumus hec plene intellre. videmus
enim eius oppositum ee sim. et possible. quia si hec no
eet tunc mutaretur presens diuine eternitatis. Secundum e
illud qd' d' uno et eod' cognoscet omia. ita q' uni
ca e dei cognitio qua cognoscit hec et q' cognoscit
el oppositu. et hoc sup' pbatum e auote et ratione.
no solu q'' ad illud q' cognoscit. h' etia quatu
ad actu diuine cognitionis. tantum e q' cu dicimus
diuina cogne ul uoluntate ordinari ad h' cognita
et ad a' no ponitur ordo ul respectus i deo actu
h' solu ex parte rei create. ul cognite. et ille sic
quide puulu e no ponit' i actu h' i hitu. neo
de psenti h' de futuro. Quartum e qd' futuri
sub ratione futuri qd' ponit' semel ee ueru.
ponitur semp fuisse uim et q' ponitur semel
ee flm ponitur semp fuisse flm. et ideo cu
cum ponitur posse ee no ponitur nec mutatu
nec i opere. his psuppositis facile e i tre
qd' predestinatus pot ee pscitus. et qd' deus
que pscuit potuit pdestinasse. constans e
e qd' salus istius qui pscitus e pot ab etno
puideri cu possit ee sine fieri inpie. et si
potuit ab etno ordinari ad diuina cognem
et no pot et nuc. et tn quia presens totum etia
et nichil transit in pteritum. et nich sem e q'
sit necem ee factum. hic e q' sicut pot co
gitari u'. posse no pstinasse ab etno. ita etia
qd' possit nuc i sic. si nuc eternitatis no pre
destinasse. et hoc dic mag' i lectura. actus tn
eternus diuine cognitionis no pot cogitari non
fuisse. h' ad hoc futuru contingens ordinatum
no ee. et si hoc pot' no ponitur aliq' mutatio
i etno psenti quia nulla ponit' successio nec
ponit' mutatio i cogne. quia no ponitur i d'o
alia cognitio nec i ordine ex parte cognoscen
tis. quia no pot' i deo aliq's ordo nec i ordie
ex parte cogniti quia ex pte illa no pot' nisi
futuru. et illud cu no est pot intelligi ee. et
pot ee futuru sine mutatione. et hoc totum
clarius aptur si uelamus ad signe horu uoca
bulorum, prescitus et pdestinatus. pdestinat' eni
et pscit' duo sunt uocabula/ et quantu ad pncipale
significatu diuina eternia quantu ad conota
tum i portant futura contingentia/ g' ergo
ad pncipale signum ide sunt. quantum uo
ad cognotatum quia sic contingentia q' no de
necitate insunt. pot unu ee altm quia uo
conotata no tantu sunt contingentia h' etiaz
de futuro que nich ponit actu/ possit no i ee.
et i ee sine mutatione/ cu et ponunt' i ee ua
de futo ponunt' semp fuisse. sic patet. et ansel'.
dic. si dicat' aliqd ee futuru de contingenti constat
qd' pot' e no ee futuru. et si futuru e semper
fuit uim ipm ee futuru. et ideo hec ua sine mu
tatione et sine deceptione. pdestinat' pot ee pre
destinatus nulla e repugnantia e nec ex pte
signi. nec ex parte conotati. et hoc patet si
uolo buantur. si enim e iste pdestinatus iste e
a deo pcognitus et saluabitur p dei gram. Si iste
e prescitus i' e iste e pcognitus et dapnabitur
p sua culpa/ constat enim q' i diuina cogne no e diua
inde. h' sol' i conotato. cum g' saluand' possit dap
nari pdestinatus pot ee pscitus. sine aliqua
mutatione et hoc patet tria a' obi'. nam pmum
et ultimu intell' i formis q' a'd ponit actu. circa
subiectu. pn' de eo qd' e ita eternum qd' nichil
tpale conotat. talia aute no sunt ee pscitu
et ee pdestinatu et sic patet omia.

Secundo supposito q' pdestinatio no inferat
necessitatem. li. ar. q' no possit alit ee.
qr' utru ponat certitudinem i euentu. s. ut nuq'
alit eueniat nisi sicut d's pdestinauit. et q' sic
ostenditur. p'. auctor. Jo. xv. ego scio quos ele
gerim. et ij. thy. ij. nouit deus qui sunt eius.
ergo si diuina cognitio e certa et infallib' et falleret
si no saluarentur illi quos nouit ee suos cer
titudinalit. g' uim e q' sic euenit sic pdiffi
niuit deus et sic. et co. Item. i. Jo. ij. ex nobis
exierunt. h' ex nobis no erant pone illud g' p
signo qd' illud e signu qd' ho no fuit electus
qui pseuerauit i bono finalit. si g' illud signu
e certu certu e qd' omes pdestinati et soli i gra
finalit pseuerant. et si hoc certum e qd' soli saluant
et omes. ergo certitudo e in euentu. Item aug'
i. li. de bono pseuerancie. pdestinatio e pscia
bn ficiorum dei p que certissime liberantur. quicumque
liberantur certissime patet q' certitu
do salutis e respectu pseuerantie. et sic. et co.
Item aug'. i. li. de correctione et gra cert'
e numerus electorum qui no pot minui nec
augeri. g' ut' q' certitudo sit i quodammodo.

liberantur

~~r~~ sup^t

~~r~~ pot

~~r~~ no

nece^{ssi}tate

¶ Item hoc uidetur inconueniens quia in domo patris sui multe mansiones. sicut dicitur Io. xiiij. aut ergo prouidit deus qui debeant ibi habitare aut non. constat quod prouidit qui debeat esse ibi. ergo si aliquis eorum desit aliqua mansio uacua remanebit. quod hoc est inconueniens et indecens in ciuitate superna. ergo certum est quod quilibet predestinatus locum suum habebit. ¶ Item numerus electorum adeo prefinitus est optima et decentissima ratione et proportione sicut cetera omnia fecit ordinatissima multo fortius supernam ciuitatem. quod optima proportio sedatur et perditur per augmentum et diminutionem. ergo si non potest esse ut sit ibi defectus ordinis et proportionis congruentis. certitudinaliter tot saluabuntur et non plures nec pauciores quam deus prouidit. ¶ Sed contra. quod non sit certitudo conuenit quantum ad personas uidetur sic. apoc. iij. tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. glossa. ibi. dum aliquis labitur alius in locum eius subducitur. ergo si unus uendicat sibi locum alterius. non ita euenit sicut deus ordinauit in noto tota die sit transmutatio. ¶ Item super iob. xxiiij. conteret multos. glossa. ibidem. locum uite aliis cadentibus alij sortiuntur. ¶ Item quod non sit certitudo quantum ad numerum uidetur. lu. xv. numerabatur recte. glossa. non tot intrant de iudeis quot sint predestinati. ergo pauciores saluabuntur quam sint predestinati. ¶ Item. de ut. i. addat deus adhuc numerum multa milia. glossa. ad hunc numerum prediffinitum in dei presciencia qui nouit qui sunt eius. ergo si deus addit ad numerum prediffinitum non est certitudo quantum ad numerum saluandorum. ¶ Item quod quantum ad neutrum sit certitudo uidetur. Intelligamus. a. b. c. esse numerum predestinatorum. d. e. f. numerum prescitorum. tunc quero. a. utrum potest dampnari sic. et. d. e contrario. d. et saluari. sic. a. ergo nulla est certitudo. quantum ad personas. Rursus. a. potest dampnari et tunc solum remanent duo. et. d. saluari et tunc erunt quatuor. ergo nulla est certitudo quantum ad numerum. ¶ Item hoc ipsum ostenditur deducendo ad inconueniens. si enim certum est qui et quot saluabuntur itaque sic eueniet et non aliter quamuis possit aliter ergo nullus predestinatus dampnabitur aliquo casu uel euentu. et nullus prescitus saluabitur. ergo nullus debet curare utrum faciat bene uel male. quia si prescitus est quicquid faciat in fine dampnabitur. si predestinatus quicquid faciat in fine saluabitur. stultus est ergo qui non comedit et letatur et non habet bona uita. s. ¶ Ad primo dicendum quod est de certitudine aperte rei euenientis. et aperte rei preordinantis/ Si loquamur de certitudine aperte rei euenientis hec dicitur contra contingentiam. sic dico quod non est maior certitudo in numero electorum quam sit in numero electorum aliorum futurorum contingentium. quia pendet euentus nostre salutis et dampnationis ex arbitrij nostri libertate. Si autem loquimur de certitudine aperte dei prognoscentis sic certus est euentus salutis certitudine infallibilitatis. quia diuina presciencia non fallitur. ideo sic

euenit ut presciuit. certus etiam est certitudine inmutabilitatis quia diuina dispositio et ordinatio non uariatur. ut numquam unum eligat numquam alium sequi sed electus est semper fuit et erit et non alius. ¶ Rationes ad primam partem inducte procedunt de certitudine euentus non quantum ad necessitatem sed quantum ad infallibilitatem precognitionis. et quantum ad inuariabilitatem eterne preordinationis. ¶ Ad id ergo quod obicitur quod alius alterius locum accipit et coronam. dicendum quod locus eterne mansionis et corona retributionis alicui debetur secundum reputationem iustitie aliter secundum prediffinitionem presciencie et contigit quod unus locus debetur alicui secundum presentem iustitiam eo quod illo cadente alius intrat cui debetur locus secundum prediffinitionem eternam. quando non alicui debetur locus secundum prediffinitionem eternam potest quis cadere et locum perdere. et alius qui non est predestinatus potest acquirere. et tamen hoc numquam eueniet quia ergo prescitus iustus frequenter locum eterne mansionis perdit quem alius preuium meriti adquirit et nemo scit utrum sit prescitus uel predestinatus. ideo quamuis sciat se esse iustum. timere debet ne amittat locum/ et adhuc timore hortatur. bes. Io. in preca auctoritate apoc. et hic timor bonus est omnibus et prescitis et predestinatis quia humiliat et sollicitat. contra certitudo de electione eleuat in timore et deprimit in torpore. ideo secundum ordinatissimam dispensationem hoc factum est ut nulli reueletur. an sit predestinatus nisi adeo sit confirmatus in bono. ut non possit eleuari per superbiam uel torpere per negligentiam. patet ergo quod illa auctoritas non sonat mutationem fieri in presciencia. uel aliter euenire quam deus presciuit. quod quidem qui actualiter iustus est potest locum quo dignus est perdere perdendo iustitiam. et quod qui peccator est. potest locum sibi indebitum adquirere adquirendo iustitiam et hoc tota die conuenit exemplum in ueteri testamento. manifestum fuit de saule et dauid in regno. cui. s. sauli recte potuit dici tene quod habes. idest humilitatem et iustitiam ne alius accipiat. coronam. tibi debitam pro statu presenti. alij tamen debitam. secundum dispositionem eternam. exemplum etiam est in coronis. xl. martirum/ Ad illud quod obicitur de diminutione et augmento. dicendum quod totum referendum est illud ad statum presentis iustitie. Nam illa glossa non tot intrant. intelligitur pro primitiue ecclesie. quia multi intrabunt in tempore finali ecclesie sic ergo dicitur quod deus addat adhuc numerum intelligitur iustificando plures et uocando ad fidem. ¶ Ad id quod obicitur quod possunt esse plures et pauciores et alij quam sint presciti. ergo non est ibi certitudo. dicendum quod non est certitudo necessitatis. est tamen certitudo infallibilitatis. quamuis enim possunt esse alij et plures. tamen et numquam erunt. et si erunt tunc ab eterno presciti erunt. ideo non potest cadere ibi aliqua mutatio. ¶ Ad illud quod obicitur quod si ita euenit tunc frustra laborat prescitus et predestinatus. dicendum quod illud est argumentum stultorum quod ducit eos in torpore. et impietatis

excusatione et ideo primo ostendendum est quod stulte arguit

~~infallendo~~ in secundo assimili dico sic deus preordinavit

vitam tu debeas vivere nunc anno. ad quid ergo comme

dis aut bibis qui sic argueret et tali ratione conse

tueret arguetur dementie. similiter in proposito. Unde si

quis arguit. tu dicas quod deus predestinat. ergo dico

quod deus tamquam iustus iudex iuste remunerat. nullum

ergo bonum irremuneratum. nullum malum impunitum

ergo nullus laborat sine fructu. nullus torpescit

sine dampno. propterea dico quod predicta argumentatio de

ficit. procedit enim ac si deus predestinaret et perficeret

omnem eventum. sed non predestinat hominem ad

salutem nisi premerita nec reprobat ut perveniat

in dampnationem sine meritis et ideo non solum

est nostra salus ex parte dei. sed etiam ex parte nostra. et

tamen ipse vult omnes salvos fieri. et omnibus gratiam

impertit. solum ex nostra malitia vel gratia venit de

fectus nostre salutis.

Consequenter queritur ad secundum articulum qui de divina

electione et circa hec queruntur duo. primo queritur utrum elec

tio sit in deo eternaliter vel ex tempore. Secundo queritur quid

sit electio secundum rem. Quod autem electio sit in deo

eternaliter ostenditur. primo auctoritate apostoli. ephesios. 1. elegit

nos ante mundi constitutionem ut essemus sancti et

immaculati coram ipso. Item. Io. xiii. ego scio quos

elegerim. sed omnes elegerant temporaliter qui erant

eius discipuli. ergo alia electio est in deo quam temporalis.

Item quod electio sit in deo videtur per rationem

quia omnis agens per electionem. sed deus est huiusmodi. ergo in deo

est ponere electionem. Item quod abiectio videtur.

quia omnis dilectio que est specialiter aliquorum

non tantum est dilectio sed etiam electio. sed predestinatio

dei non est omni homini sed solum salvandorum et predestinatio

non est sine dilectione. ergo neque sine electione. sed

illa abiectio ergo et ista. Sed contra. Quod autem electio non

cadit in deum. quia divina natura non est possibilis

ad ignorantiam. Item eligere est alterum alteri

preoptare. sed deus vult omnes homines salvos fieri. ergo

videtur quod electio non sit in deo. Item videtur

quod solum sit in deo temporaliter electio enim non esset

si homo perstitisset ergo videtur quod lapsus hominis fa

ciat ad electionem. sed temporale non facit ad esse eternum.

ergo electio non est eterna sed temporalis. Item electio est

dissimiliter entium. sed omnia in deo eternaliter sunt unum.

et similiter. ergo electio rerum existentium in proprio genere.

sed in proprio genere non sunt nisi ex tempore. ergo nec elec

tio. Item electio est preoptio sed deus nichil preoptat

alii quam ad mirationem affectus. ergo solum quia ad ex

cellentiam effectus sed effectum non est ponere nisi

ex tempore. ergo et cetera. Item in plus est vocatio quam elec

tio. multi vero sunt vocati pauci vero electi. mathei

xxii. si vocatio est temporalis. ergo videtur similiter quod electio

quia ergo cum vocatio sit temporalis predestinatio vero

eterna. videtur hoc est quod electio et temporalis est et eterna

Responsio dicendum quod electio dicitur dupliciter. uno modo pro

ut dicit dilectionem cum discretione solum. alio modo

prout dicit dilectionem cum discretione precedente. et

deliberatione et inquisitione. et primo modo est in deo. secundo modo

in creatura. in qua cadere potest ignorantia. et sic

secundo modo loquitur damascenus. Ad illud quod obicitur quod

voluntas dei et dilectio est sine discretione dicendum

quod est voluntas antecedens et consequens. antecedens

qua vult. quantum in se est. consequens qua vult

cum prescientia nostre salutis. et prima quidem est omnium

secunda non. secundum hunc modum est dilectio duplex

una que respicit voluntatem antecedentem

et hac diligit omnes. et alia que respicit consequentem. et

hac diligit omnes salvandos et hec est electio. Ad

illud quod obicitur quod electio non esset nisi homo peccasset

dicendum quod est electio qua eligitur et separatur bonus a malo

et est electio qua separatur melior a minus bono

sed esset secundum. si homo non peccasset. prima autem non

esset si homo non peccasset non quia lapsus faciat

aliquem ad rationem eligendi sed prevision lapsus.

et quamvis lapsus hominis fuerit temporalis previsio

tamen eius fuit eterna. Ad illud quod obicitur quod

electio est dissimilium entium. dicendum quod sicut dilectio

duplex est quedam que oritur ex consideratione

divine bonitatis quedam que est per naturam bonitatis. sic

electio duplex est quedam que causatur a diversi

tate et preeminencia eligibilium. et hec consequitur

eligibilia ut electio humana. quedam que est ratio

diversitatis in eligendo ut divina et hec est dissimi

lium non que sunt. sed que futuri sunt. et talis

precedit et eternitatem nisi enim esset divina electio.

omnes essemus reprobi et talia sic patet. Ad

illud quod obicitur quod electio est preoptio. dicendum quod

preoptio ratione maioris effectus potest esse dupliciter

aut per modum approbationis aut per modum disposi

tionis et preordinationis per modum approbationis ponit

effectum in actu. per modum preordinationis et disposi

tionis ponit in proposito tantum. et sicut dispositio est eterna ita

et preoptio. Ad illud quod obicitur de vocatione quod

solum temporalis est dicendum quod vocatio dicit actum ut ex

teriorem. electio dicit actum ut interiorem. predesti

natio dicit actum ut anteriorem. quoniam igitur actus

ut exterior connotat effectum exteriorem. ideo

vocatio solum est temporalis. Rursus quoniam actus ut

anterior non habet rationem incipiendi ideo predesti

natio solum eterna sed quoniam actus interior per manifesta

tionem fit exterior hinc est quod electio et dilectio

est eterna et temporalis. ad ergo obiectum de accusatione quod

in plus est ergo prior dicendum forte est. secundum rati

onem intelligendi tamquam generalior sed non

quo ad ordinem durandi non enim est superius eternale

sed effectum consequens et sic patet omnia.

Secundo queritur quid sit electio et quid

sit idem predestinatio ut magister dicit

inficiam. cum autem predestinatio sit electio qua
elegit deus quos voluit ante mundi constitu
tionem. ¶ Item ratione videtur quia omnis predestinatus
est electus et omnis electus predestinatus. ergo pre
destinatio est electio cum pro se predicentur ad in
vicem. ¶ Item quorum opposita sunt eadem ipsa sunt
eadem. sed oppositum electionis est reprobatio et hec
oppositum predestinationis ergo etc. ¶ Contra quecumque
sunt diversorum ipsa sunt diversa sed predestinatio
est solum bonorum et omnium salvandorum. electio
autem aliquorum dampnandorum ergo etc. probatio minoris.
Jo. vi. Nonne .xii. vos elegi et unus ex vobis
diabolus est. Si tu dicas quod illud intelligitur de
electione temporali. Contra electio temporalis signum est eterne
aut ergo concedant aut est signum falsum. ¶ Item si
numquam esset aliquis malus esset predestinatio sed non esset
electio. Similiter hec ergo quod obiectum respicit obiecto alio pre
destinatio. ergo non sunt omnino idem. ¶ Item agens
secundum propositum dicitur agens per electionem
et non dicitur agere secundum predestinationem ergo differunt
predestinatio et electio. queritur ergo que sit differentia et quod sit prius
secundum rationem intelligendi. ¶ Respondeo dicendum quod electio
triplex dicitur. est enim electio secundum affectum dilec
tionis / et secundum effectum finalis glorificationis / et secundum
statum perfectionis / prima est eterna et id quod predestinatio
secunda est temporalis et signum ipsius et fallibile / tertia sequitur temporalem
nec est effectus nec signum eterne electionis / quia tamen
et proficiunt mali et reprobi et tunc non sunt
plures mali quam boni. ¶ Ad primum ergo quod obicitur de illo dicto
Jo. vi. dicendum quod loquitur de electione prelationis. et hec
non est tantum bonorum nec omnium bonorum. et non necesse patet
quod non est idem quod predestinatio / quod obicitur quod est signum dicendum quod
non est sic certum nec deus dat per signum ... cuius
qui hoc signo credit. sed electio secundum finalis gratiam
effectum hec est signum certum simpliciter sed non est
certum nobis et hec differunt a non quia multis
datur gratia qui non perseverant et ideo dicuntur vocati
sed non electi de huius dicitur m. .xxii. multi sunt
vocati pauci vero electi. ¶ Ad illud quod obicitur
quod electio respicit malum et convenit omni agenti a pro
posito non sic predestinatio. dicendum quod ideo idem
sunt propositum et predestinatio et electio. secundum rem
tamen differunt secundum rationem intelligendi. propositum
simpliciter dicit voluntatem faciendi aliquid ille enim dicitur
proponere qui firmiter vult facere aliquid electio
nec et predestinatio addunt super propositum et dif
ferunt. quia predestinatio addit ordinem et directionem
in finem. sed electio discretionem sive separationem
a suo proposito. ... propositum dicit fama(?) ...
predestinatio cum conceptione dicit preordinationem
et electio quandam discretionem. Similiter hec ergo patet
quod propositum est prius secundum rationem intelligendi et deinde
electio quia prius est intelligendum aliquid separatum
a malo sive a massa quam dirigi in finem. et sic

patet distinctio eorum. et hic patet illud quod obicitur
quod quamvis agens a proposito non semper dicitur agere secundum predestinationem
sed secundum electionem quia omnis agens a proposito deliberat
alterum pre contradictoriis faciendum. ideo omnis talis
dicitur eligere sed non omnis agens sic ordinat alterum
in finem, sed ut plurimum sic ipsum. predestinare autem
est preordinare alterum in finem. et hoc quod convenit
deo proprie et ideo patet illud. predestinatio enim tria con
notat. scilicet preordinantem. et hic est deus. et id quod preordina
tur et hoc est gratia. et modum finis. et hoc est gloria. et sic sunt tria.
quid et per quod. et ad quod.

¶ Consequenter est questio de tertio articulo. scilicet de reprobatione
circa ea que dicta sunt de predestinatione contraria
sunt dicenda vel aptari possunt reprobationi
querentes specialiter de obduratione que est eius consequens
de qua duo queruntur. primum est utrum sit pena aut
culpa. secundo utrum obduratio sit a deo. Quod autem ob
duratio sit pena obicitur. sic supra i. ro. ix. cuius vult
miseretur. etc. Glossa aug. obduratio est nolle
misereri sed nolle misereri non est culpa sed
pena. ergo etc. ¶ Item ibidem miseretur secundum gratiam
que gratis datur. obdurat autem secundum iudicium quod
meritis redditur. sed constat quod non redditur bonis
meritis. ergo malis. sed quod malis meritis redditur
est pena. ergo obduratio est pena. ¶ Item hoc ipsum
videtur ratione quia in hoc differt culpa et
pena. quia culpa est affectio voluntaria. pena
autem affectio involuntaria. sed obduratio cordis
est involuntaria quia nullus vult dehiberari(?)
sive obdurari. ergo etc. ¶ Item sicut se habet excecatio
ad intellectum. sic obduratio ad affectum. sed
excecatio dicit penam non culpam. ergo obduratio.
¶ Contra. supra i. ro. ii. secundum duritiam cordis etc.
et duratio est induratio mentis in malicia perinacia(?)
per quam fit homo impenitens. sed hoc dicit culpam. ergo
et obduratio. ¶ Item aug. de predestinatione
sanctorum obduratio nichil aliud est quam dei obviare
mandatis. sed obviare mandatis dicit inobedientiam
sed peccatum ut dicit ambrosius. nichil aliud est quam
prevaricatio legis divine et celestium inobedientia
mandatorum. ergo obduratio dicit peccatum. ¶ Item
ratione videtur quia nulla pena temporalis secundum
quod huiusmodi opponitur gratie gratificanti. sed obduratio
opponitur gratie gratificanti. et maxime
gratie finali. ergo obduratio non est pena sed culpa.
¶ Item nihil est medium inter culpam et penam. quia ut dicit
augustinus. pena est malum quod patimur. culpa
vero est malum quod agimus. sed obdurationem unus
quisque facit sibi sicut dicit aug. in li. de gra. et li.
ar. et durat dominus pharaonem iusto iudicio sed ipse se.
li. ar. et quod obduratio sit a nobis patet quia apostolus
dissuadetur. nolite inquit obdurare corda vestra. ergo
etc. ¶ Respondeo dicendum quod obduratio in spiritualibus est trans
latio dicta ab obduratione in corporibus. in quibus

aute duritia consequitur triplex proprietas quibus iste
cor prendere natura. non sic spiri. durum est et stabile
ad suscipiendum et stabile ad permanendum. et iterum forte
ad rebellandum seu resistendum secundum hunc triplicem modum
cor obdurari dicitur tripliciter primo modo dicitur cor
obduratum. ex hoc quod est stabile ad impressionem gratie
suscipiendam. et hoc modo sonat passionem et pena consequens
conveniens culpam. secundo modo dicitur cor obduratum
quod est in peccato stabilitum. quod scilicet est multum compactum
ad amorem peccati. et hoc modo obduratio est peccatum cum
dispositione. sive dispositio peccati precedentis. tertio
modo dicitur cor obduratum cor rebelle quod vult deum
et eius mandata eius contra impugnare. et hoc modo est
speciale peccati genus. scilicet peccatum in spiritum sanctum et secundum istum
modum triplicem divisim auctoritates procedunt de obduratione
que videntur sibi obviare. sed divisim unius procedunt
secundum intentionem distincto / procedere. concedendum est ergo quod
obduratio uno modo est pena concedendum est nichilominus
quod aliis modis est culpa sive dispositio culpe. Ad primum
ergo quod obicitur quod pena gratie non repugnat et etiam
sonat in passionem dicendum quod triplex est pena. est enim
quedam pena inflicta. quedam contracta. quedam
acta. pena inflicta simpliciter est passio et non repu-
gnans gratie. ut fames sitis et egritudo. pena contrac-
ta est fames et concupiscentia. et hoc quidem passio est et ideo pena
sed tamen inclinat ad actionem malam. et ideo gratie repu-
gnat non quantum ad substantiam sed quantum ad declina-
tionem. pena acta est sicut obduratio est gratie expulsio
et hoc quidem pena est quia passio est. sed quia ex mala af-
fectione sui ex peccato est et ei coordinatur inseparabiliter.
ideo opponitur gratie. et ita patet quod nichilominus est
pena et passio. quamvis est contingit per propria actionem
nichilominus pena est. sicut patet in scabioso qui in
scalpendo se delectatur sed penam sentit in carne
ardorem.

Secundo queritur utrum obduratio sit a deo sicut sit
effectus dei reprobantis. et quod sic videtur. Ro. ix.
cui vult miseretur et quem vult indurat. sed id est
ad sensum deo auctore et deo volente. si ergo obduratio
est deo volente ergo et deo auctore. Item super illud in glo. ob-
duratio est nolle misereri. aut ergo hoc est predestinatio vel (*iudicio*)
per causam aut per inherentiam vel per potentiam. non per in-
herentiam vel per potentiam. Item ideo enim est voluntas mi-
serendi nec tamen obduratio. ergo est deum per causam
sed deus non vult misereri aliquorum ut peccatorum
ut dicit Aug. ergo ab ipso est eorum obduratio. Item
super illud Exo. ego indurabo cor eius. dicit Aug.
induravit deus pharaonem iusto iudicio. ergo secundum
hoc fuit iustum pharaonem indurari. sed omne
iustum a summa iustitia procedit que deus est.
ergo etc. Item ratione videtur quia omne quod est
aliquid. est a deo. obduratio est aliquid. ergo secundum
id quod est a deo. quod sit aliquid patet. quia dur-
ities naturale sed molle dicitur ipsum ergo et molli-

ties et incorporibus et in spiritibus est ad quod habet dominium
etiam. patet etc. Item quicumque habet curam alicuius
si permittit eum male facere cum possit prohibere vel (*perire*)
prohibere cum possit adiuvare non inconveniens dicitur
causa sui maleficii vel peccati sive mali. unde pre-
latus qui subditos non corrigit causa dicitur malorum in
subditis. Alius qui habet unde pascat famelicum morien-
tem. et non pascit. causa est mortis eius. si ergo deus potest
prohibere ut affectus noster non durescat. et potest pa-
scere ut non deficiat. et non facit videtur quod
sibi sit ratio causa indurationis attribuenda.
Item philosophus dat maximam si aliquid est causa alicuius et
oppositum est causa oppositi. ut si habere pulmonem
est causa respirandi. et non habere est causa non respi-
randi. sed velle misereri est causa gratificationis
ergo nolle misereri est causa obdurationis. Item
si aliquid per suam presentiam est causa alicuius per suam absentiam
est causa oppositi. hec est alia maxima philosophi. sed deus
per suam presentiam est causa mollificandi cordis. ergo
per suam absentiam est causa obdurationis. Item si
aliqua duo sint omnino similia in natura aut proprietas
aliqua non inest uni que non insit alii. aut
si inest aliunde inest. ponantur ergo hic duo parvuli
sicut iacob et esau. deus unum obdurat ut esau.
alterum non obdurat ut iacob. ergo cum sint similes
omnino quantum ad naturam et quantum ad merita
aliunde venit obduratio sed non est dare nisi quod a
deo. ergo etc. Si tu dicas quod a dyabolo. Contra esto
quod dyabolus nullo modo se intromittat nichilominus
iste obdurabitur. Item omnis effectus sive po-
sitivus sive destructivus habet causam primam
et immediatam. quero ergo que sit causa obdurationis
proxima. aut enim culpa originalis. aut actualis
aut usus liberi arbitrii aut aliud. non culpa origi-
nalis. quia tunc omnes obdurarentur. similiter nec
culpa actualis. quia tunc omnis actualiter peccans
obduraretur. nec usus liberi arbitrii quia obduratio
ut est connotatum reprobationis est in parvulis in quibus
non est usus liberi arbitrii. Restat ergo quod voluntas dei
sit causa. et sic videtur quia ea posita ponitur ef-
fectus. si enim deus non vult istius misereri necesse
est eum obdurari. Contra. Jo. vi. omnis qui venit
ad me non eiciam foras. ergo paratus est deus omnes
amplecti. ergo defectus illustrationis non venit
ex parte dei. sed ex parte nostra. Item Apoc. iii.
Ecce sto ad hostium et pulso si quis michi aperuerit
intrabo ad illum. etc. sed peregrinus volens hos-
pitari non recumbit in domo. non est causa expre-
ssiva sed solum hostiarius. ergo similiter et obdurationis
non est causa nisi qui non recipit deum pulsantem. Item
Aug. super illud. Jo. lux in tenebris lucet dicit
sicut ceco posito in sole presens est lux. et ipse ab-
sens est luci. sic omni iniquo qui cecus est corde
presens est sapientia et ipse est absens. si ergo bonum est

simile est cecitas sive privatio actus videndi non
sit a sole. patet quod nec obduratio est a deo. Item
ansel. non ideo non habet homo graciam quia deus non dat
sed quia homo non potest accipere. ergo non debet dici ob
duratio esse a deo. Item ratione videtur quod
optimi est optima adducere. sed obduratio est pes
simum inter omnia mala. ergo ipsam non efficit deus
qui est optimus. Item obduratio animam reddit
animam inpotentem ad bonum. ergo est defectus. sed de
fectus aut non habet causam aut si habet. habet causam
deficientem. deus autem nullius est causa deficiens.
ergo obduratio nullo modo est a deo. Responsio dicendum quod
obduratio in quantum pena dicit anime ineptitudinem
et ita dicit defectum penalem. et pena omnis in quantum
talis est iusta et ordinata ideo dicit defectum or
dinatum. inquantum ergo defectus est non habet causam
nisi deficientem. hec autem non est deus. quia deus non est
causa deficiens. sed li. ar. destitutum. Inquantum
vero ordinatum habet causam merentem. scilicet ipsam culpam
et causam ordinantem. scilicet retribuentem divinam
iusticiam. ille igitur tres auctores apostolus. scilicet aug.
et glo. et consimiles que dicunt deum obdurasse
aliquem intelliguntur quantum ad rationem
ordinis. non quantum ad rationem defectus quia
per comparationem ad defectum solum compatitur in
ratione permittentis. non efficientis et est exemplum. sic
si aliquis esset dignus perire fame. et alius posset eum
pascere et iusto iudicio nollet eum pascere. si quereretur
que fuit in ipso causa mortis responderetur quod de
fectus cibi. ille vero non diceretur occidisse sed
permisisse. Si rursus quereretur utrum iste iuste
fecerit diceretur. quod sic. cum tamen nichil fecerit
quia ipsum non facere ordinatum fuit auctoritate
eius ad merita illius. et per consequens ille ordi
natus est in pena sibi debita per hunc modum est
intelligendum in proposito. Ad illud ergo quod
obicitur quod obduratio dicit privationem dicendum quod in corporibus
dicit privationem quia per naturam suam nata sunt sibi re
sistere sed in spiritibus dicit defectum. quia de
naturali aptitudine sua debent esse habilis ad su
sceptionem influentie divine. unde habilitas talis
est potentie rationis. sed ergo obduratio et ineptitudo est
per modum privationis. Ad illud quod obicitur quod quando
privatur subditum perire est causa eius. dicendum quod verum
est si tenetur et debeat facere. sed si non tenetur
nec debet hec facere immo magis contrarium nulla
tenus potest illi imputari periculum. sed iusticia est causa
ita est. in deo. Ad illud quod obicitur quod si aliquid
est causa alicuius quod oppositum est causa oppositi dicendum quod illud
tenet in naturalibus et necessariis. sicut in habere pul
monem et non habere. et respirare et non respirare. non
autem habet locum in voluntariis. sicut dicit ansel.
causa autem quare iste habet graciam. quia deus dat. causa quare
non habet. est quia non accipit. sed ista solutio non
videtur competens quando si causa maxima phi

...ibus est necesse est quod teneat communiter. et propterea
dicendum quod ipse loquitur de causa proxima et immediata. et
que est tota causa non exigens aliam. in omni tali tenet.
sed quamvis voluntas dei sit causa efficiens gratificationis
tamen ad salutem concurrit. li. ar. ut consenciens. quare
ergo ista duo concurrunt quodlibet horum potest cadere de
fectum et non causat divina voluntas que est liberalis
sima. sed causetur. li. ar. quod quamvis non possit nec
sufficiat efficere. potest tamen esse deficiens causa que
sufficiens est ad defectum effectus. in bonis enim
facilius est destruere quam construere. Ad illud
quod obicitur de absencia. dicendum quod cum absencia alicuius
est malum. aut ille est causa sue absentie. aut non.
si ille est causa sue absencie dicitur per omnes esse causa eius
